[2] *am Rand* Rostochij long.
[3] *am Rand* Casselae long:
[a] *korrigiert aus* Severinianus

Calculus praevenit tempus hujus eclipseos 9 minutis, durationem colligit $4\frac{1}{2}$ minutis minorem observata; tempus incidentiae h. 1.2.

Calculo verò meo sic computo

(...)	☽ 25.44. 9 ♉		♎ 24.11.20	♏	
	25.48.49 requisitus		25.49.16		
Differ:	4.40		1.28	Lat. 9′2″	simpl.: 8′32″
			27	Reduc.	
			25.48.49	Requisitus	

(...)

Duratio dim: h. 1.52.15
Mora dim: 0.54.16

Colligo tempus mediae oppositionis aequale horâ 13°15′ aequali, ita sequor Tychonicum 9 minutis. Aequationem enim aufero majorem versus perigaeum.

Et quia hic physica aequatio est 0′47″ sub:, tempus igitur apparens prodit h. $13.15\frac{1}{2}$. Quantum igitur Tychonicus praevenit observationem, tantum ego sequor eandem.

In duratione fere coincido cum Tychonico, colligo $3\frac{1}{2}$ minus quam observatum, tempus incidentiae h. 0°58′, minutis 4′ minus quàm Tycho, ubi Wittichius praecisè medium observavit inter utrumque.

Si in duratione calculi jubeantur imitari observationem, latitudinem poscent minorem, eoque nodum, qui antecedit Lunam, promotiorem in consequentia.[1]

XI. Eclipsis Lunae anno 1587. $\frac{6}{16}$ Septembris. *XV, 13ʳ*

* Observata est haec eclipsis Uraniburgi coelo nubilo, ita ut neque principij neque finis certum signari potuerit momentum.

Hora 7°53½′ in tribus observatorijs distinctè pronunciatum; in primo Luna non satis plena inter nubes; in secundo *Videbatur* (incertè tamen inter nubes) *Luna talis* et addita est pictura, in qua desunt digitus cum besse. In tertio *Videbatur tantum deesse* et pictura habet digitos tres minus quinta parte digiti, additurque *sed inter nubes.* Hoc igitur momento Luna jamdudum inceperat.

Sic horâ $11.25\frac{1}{4}$ annotatum in duobus observatorijs, Lunam totam integram emersisse ex nubibus, additur in uno *Utrum autem prius totaliter egressa, propter densitatem nubium discernere non licuisse.* Finis igitur fuit ante hoc momentum. Proinde medium fuit ante h. 9.39. Horâ quidem 9.44 cum emicuisset Luna, videbatur superesse quasi minus quartâ diametri id esset paulo post medium et concordat cum sequentibus. Nam horâ 8°47′ quasi quarta superfuit, iterumque horâ 10°11′ quasi quarta, quae ultima phasis conspecta fuit; inter ista medium est h. 9°29′, quod equidem rectè cadit ante h. 9°39′ ut supra. Hoc igitur pro medio usurpari potest. *Progymnasmata* ponunt medium h. 9°16′, quod vim facit observationibus jam recensitis. Nam additum, tempora, quae ubique observabantur, esse verificata ad stellas, et consenserunt inter se ex tribus locis intra minutum unicum.

Calculus Tychonicus, cujus aeq: t. 2.15 add:

{...}	☉ 23. 8.18 ♍	☽ 23.11.41 ♓[1]	Lat. 30.33
		9. 5	
	Differentia	2.36	

Scrupula defectus sunt	29.55		{...}
	15. 0	— 138790	
	32.50	— 60290	
Digiti	10.56	78500	
In *Progym*:	9°45′ ponuntur		H. 9.16 media
At observatio 9 plus. Residui 3° minus, quod est quasi minus quartâ diametri.			9.14 apparenti

{...} Duratio dim. h. 1.47.44.

Apparet, calculum Tychonicum id assequi ferè, quod ponitur in *Progymnasmatis*, atqui sic deficit ab observatione ad 15′ minuta. Frustra hic SEVERINIUS[a] titubat super certitudine observationum, dum ait, collatione phaenomenon ostendi, incertas esse. Ne- *XV, 14*
que enim haec unica et sola est[1] eclipsis, quae exorbitat, ut fiducia aequabilitatis motuum fidem oculis nostris detrahamus[2]. Quin potius resumendus animus fatendumque ingenuè, nondum nobis esse cognitas omnium enormitatum talium causas, quod attinet minimos scrupulos.

Ut evidentia major sit hujus dissidij: esto sanè medium horâ 9°14′, latitudo igitur fere 31′, summa semidd: 59′36″, scrupula defectus 28′36″ plus

	28.36			59.36	— 15.040
	14.18	— 143400	Latit:	31. 0	— 04.070
	32.50	— 60290	Sc: dur:	50.55	— 10.970
Dig:	10°27′	83110	Horarius	28.29	— 74500
				22.26	98400
			Duratio h.	1.47.15	— 23900

Haec duratio ab h. 9.14 ablata, relinqueret horam 7°27′ initio; addita, horam 11.1 fini. Atqui horâ 7°53′ ad summum tres digiti defecerunt, minus enim habent omnes tres, duo vero illorum minus quam duos. Sunto tamen tres: facilè hinc colligemus initium. Nam tres digiti de diametro Lunae sunt sc: 8′13″, quae addita ad semidiametrum umbrae 43.11 faciunt distantiam

centrorum	51′24″	— 11.190	
Usurpetur lat.	34. 0	— 04.890	
Ergo scrupula viae	38.34	— 06.300	
28.29		178346	dant h. 1°21′14″
10. 5		745	
		103846	

Ablatis igitur h. 1°21′14″ à dimidia duratione h. 1.47.15, relinquuntur minuta 26 et haec ab h. 7.53½ ablata, relinquunt h. 7.27½. Itaque tres solidi digiti vix ponunt hoc

[1] *Randbemerkung* Nota eclipsis in 23½ ♓ tardior
[2] *Randbemerkung* Exorbitationes eclipsium.
[a] *korrigiert aus* SEVERINIANUS

initium, nedum duo vel unus. Adde, quod duratio tanta non fuit, quia nec quantitas eclipseos tanta. Sed venio ad meum calculum.

{...}	♌ 29.29.52 ♍		{...}	Digiti	9°56′
	☉ 23. 7.25			Residui	2. 4
	6.22.27	Lat. 0.35.14, simplex 33.17			
	1.39	Redu.			
	23. 9. 4				

In quantitate melius sto quam Tychonicus per unum digitum, abundo tamen adhuc circiter dimidio digito aut plus super id quod est observatum. Nec emendamus nisi aucta latitudine et sequente nodo amplius promoto, quod est contrarium superioribus eclipsibus.

Duratio h. 1.41.24, minor quam TYCHONI, quia et digiti pauciores et observationi propiores: quippe latitudinis quàm umbrae major excessus hic. Et quia ☉ in 23 ♍, aequatio temporis physica est 15′20″ add. Etsi igitur in tempore aequali sequor Tychonicum minutis 8′, propterea quod minorem aequationem addo, vicissim tamen apparens tempus prodit mihi h. 9°6′40″, adhuc 7 minutis citius quam in Tychonico, ut differam ab obs: minutis 22, sitque initium et h. 7.26, quod tardius fuisse observatio testatur.[1]

XII. Eclipsis Lunae anno 1588. $\frac{3}{13}$ Martij. *XV, 14ᵛ*

Nulla unquam eclipsis diligentius opinor operosiusque est observata, idque in tribus observatorijs. In primo observatorio initium animadversum h. 13.13, horologio per Canem correcto. Tota in umbra h. 14.20. Cepit egredi h. 15.44. Desiderabatur non multum h. 16.45: quantitas per nubes discerni non potuit. At hora 16.50 conjecturando iniquiunt, quod aequaliter undique lumen spargeret, hic desijt, tota plena, quantum per densiores nubes videri potuit. Igitur inter 13°13 et 16°50′ medium est h. 15.0. At inter 14°20 et 15.14 medium est h. 15.2. Hoc igitur translatum est in *Progymnasmata.* Sic visa est in umbra pars quarta h. 13.26 et h. 16.36; medium h. 15.1. Sic tertia pars signata est ad horam 13°30$\frac{1}{3}$′ et 16°28$\frac{3}{4}$, medium h. 15.0 ferè. Et semissis in umbra h. 13°38 et 16.20$\frac{1}{2}$, medium h. 3.0 ferè. Satis igitur in hoc observatorio confirmatum est medium h. 15.0.

At in secundo observatorio hor: 13°45$\frac{1}{3}$′ et h. 16.27$\frac{3}{4}$ aestimatus est semissis deficere; medium est h. 15.6$\frac{1}{2}$. Sic h. 14.26 et 15°40 initium et finis totalis obscurationis, medium est h. 15.3. Et ab horâ quidem 15.40 videbatur egredi sed obscure, inde dubitatum usque post 13 minuta, an consuetum haberet lumen. Itaque prior ille moram habet 1°24′ : hic jam 1°14′, per 10′ minus. Tantum facit diversitas oculorum.

Denique in tertio observatorio penitus immersa videbatur ab h. 14°31′ usque in h. 15.47 per 1.16, medium est h. 14.°59′[a]. Etsi et hic 6° minutis citius notavit, jam altera parte lucidiorem Lunam fuisse, quasi mox emersuram ex umbrâ. Plures hac de diversitate querelas vide *Astron: Optices* fol. 275. 277, ubi de hac eclipsi paucula a me pro captu puerili observata commemoro.

De observatione latitudinis et distantiae a fixis dicam postea plura. Nunc ad calculum TYCHONIS, cujus aequatio temp: 2°20″ add:

[a] *richtig* 15.9

{...} ☉ 22.49.36 ♓ ☽ 22.48.35 ♍ Lat. 16′30″
{...} Duratio dim: h. 1.52.18 {...}
Differ: 27.18
Scrup: Morae 21.43
Mora dim: 40.58[1]

XV, 15 Igitur calculus Tychonis planè assequitur horam 15°2′ apparentem, durationem facit h. 3.44½, quae superat observatam per 8 vel plura minuta, moram in tenebris h. 1.22′, quod congruit.

Cum verò semper hactenus duratio computata consenserit observationi, mora computata superaverit saepè observatam: non injuria causam quaerimus, cur in hac eclipsi durationem computemus prolixiorem. Anne igitur Luna non adeo profundè erat in umbram immersa, sed magis ad latus septentrionis breviori via trajecit? Anne igitur latitudo major fuit? Id quidem datur ex observatione discernere. Nam crebro est observata declinatio visibilis cornuum Lunae, praesertim toto illo tempore, quo tota delituit in tenebris, et quidem eo ipso momento, quo incidit in gradum ab ortu nonagesimum eclipticae horâ sc: 14°35′, supremus margo declinavit 2°38′30″; nam inferior videri non potuit; et huic declinationi ceterae ante et post exceptae pro ratione promotionis Lunae angulique eclipticae cum horizonte consentiunt.

In[1] altitudine verò poli 55°55′, oriente 23 ♐, angulus seu altitudo nonagesimi est 28°32′ et a 22⅘ ♍ latitudo usque in aequatorem 3°7′, angulus circuli latitudinis et aequatoris 66.40. Cùm ergò supremus margo declinaverit 2°38′30″, centrum igitur subtractâ semidiametro ☽ Tychonica declinavit 2°21′15″. Quare inter centrum Lunae et aequatorem in circulo latitudinis superfuit 2°33′51″, quod ablatum à 3.7 relinquit 33′9″ latitudinem Lunae visam australem. In anomalia verò 105° et altitudine 28½ parallaxis Tychonica est 54′30″, unde ablata latitudo visa australis 33′9″ relinquit latitudinem veram septentrionalem 21′21″, cum Tychonis calculus habeat 16′30″. Ex meis parallaxibus et semidiametro ☽ colligeretur vera latitudo ex observatione adhuc uno scrupulo major.

Ex hac igitur observatoria latitudine vide quanta exeant tempora eclipseos Tychoni.
{...} Mora dimid: h. 0.32′4″

Vides per hanc veram latitudinem prodire etiam durationem proximè aequalem observatae. Mora verò fit per Tychonicum 10′ minutis minor, quam is observavit qui brevissimam dixit, quod supra.[1]

XV, 15ᵛ Sequitur meus calculus.

{...} ☽ 22.44.57 ♍ ♋ 20. 3.27 ♍
Requis. 22.49. 0 ☉ 22.49.45 ♓
4. 3 2.46.18 Lat. 15.18 14.27 {...}
0.46 Red. Duratio d. h. 1.52.48
22.49. 0 Requisitus Mora dim. h. 0.50.38

Duratio et mihi prodit 9 minutis major observatâ, mora vero 1°41′, valde magna, quia umbram habeo magnam, diametrum ☽ parvam. Sed ubi latitudinem usurpo eam, quae congruit observationi, tunc consueta fiunt.[2]

Mihi igitur tempus oppositionis aequale sequitur post 7′ minuta, quia majusculam

[1] *Randbemerkung* Ex declinatione Lunae in nonagesimo versantis latitudinem visam et inde veram elicere
[2] *Randbemerkung* Latitudo certò major utrâque calculari

aequationem subtraho versus perigaeum. Sed physica temp: aequatio est 10′40″ subt:, quae hic addita constituit medium h. 15.20½ apparenti. Convellitur sic aequatio temporis physica.[1]

{...} Duratio dimidia h. 1°48′30″ Mora dim. h. 0.41.11

Hic planè exprimo utrumque tempus, ut est observatum: quasi causae opticae hac vice cessaverint. Apparet ergò, calculum astronomicum non debere accomodari causis opticis, ut fecit Tycho in diminuenda diametro umbrae. Hic igitur non umbra cessit in meridiem, quale quid supra sum suspicatus eclipsi VI; sed planè Luna exorbitavit in septentrionem, aut nodus retroactus est.

Sed considerabo etiam observationes Lunae ad fixas.[2] Cùm enim Braheus ad horam 15.0 ap. referat locum centri Solis in 22°49′28″ ♓, erit umbrae centrum, si non vitietur illa per opticas causas, in 22°49′28″ ♍. Jam verò h. 14°40′ et sic scrupulis 20 ante id momentum, quo Luna visa est in opposito Solis, fuit per 10′36″ ante centrum umbrae, et illud in 22°48′40″ ♍. Illo verò momento visus est margo ejus occidentalis distare a corde Leonis gr: 28°1′, et sic centrum per semidiametrum Tychonicam gr. 28°18′15″, cum visa latitudine australi 0.33′ ut prius, et stella habet lat: 0°26½ boream. Summa utriusque est 59½′, propter quam haec distan ' tia obliqua in zodiaco fit uno scrupulo brevior, sc: *XV, 16*
28°17′15″. Ac cum Luna 5′ minutis antea fuerit in ipso nonagesimo, nulla erit parallaxis longitudinis aut perexigua in occasum. Itaque visus Lunae locus in 22.38 ♍. Aufer distantiam 28°17′15″, veniet locus cordis Leonis in 24°20′45″ ♌ aut (positâ aliqua parallaxi longitudinis) paulò anterius. At Tycho ponit stellam illo anno in 24°6′ ♌. Ita inveniretur cor ♌ per 14′ vel 15′ promotius quàm in calculo Tychonis. Et quia mihi Luna in obscuratione maxima in 22°49′ ♍ orbitae, stans e regione 22°48′14″ eclipticae, ablato triente horarij mei 11.43 relinquitur 22.36.31. Hinc aufer intervallum 28.16.15 (auctum sc: semidiametro meâ), restat etiam 24.20 ♌.

Circa ipsum medium fuit haec distantia iterata. Nam h. 2.57½ inventa est 28°9′, potius 28°11′ collatione ad praecedentes et sequentes. Et h. 15°3′ fuit 28°14′. Igitur ipsa horâ 15.0 fuerit 28.12½. Hic jam prius quaerenda parallaxis longitudinis.

{...} Cùm igitur centrum ☽ distiterit a corde per 28°29′45″, diametro Lunae Tychonica, fuerit verò versus occasum et cor Leonis projectior per 2′48″: ut locus ejus visus esset 22°46′ ♍. Aufer hinc distantiam dictam uno minuto diminutam propter obliquitatem, prodit 24.17 ♌ locus stellae, tribus saltem aut quatuor minutis minus quàm prius. Ita confirmatur nobis longitudo fixarum promotior per 11.

Eodem momento fuit inter eundem limbum Lunae et Spicam Virginis 25°41′30″. Aufer semidiametrum ☽ Tychonicam, erit inter centrum et Spicam 25°24′15″. Sed latitudo Spicae est 1°59′ aust:, ablatâ latitudine visâ Lunae 33 circiter, restat 1°26′, ob quam duo plus minuta sunt deterenda de distantia, ut restet 25°22′; hoc adde ad locum Lunae visum 22°46′ ♍, consurgit locus Spicae 18°8′ ♎. Sed Tycho collocat illam in 18°5′. Invenitur quidem et haec stella promotior, sed non tanto quanto Spica. Scilicet in medio umbrae difficulter margo cernitur, quare instrumenti pinnacidia in aliquam partem caeli dirigi consentaneum est, non in merum limbum: ut ita comparatus cum coelo fuscus Lunae margo cerni possit. Hoc pacto illic plus subtrahetur, hic plus addetur, ut medium inter 3 et 11, sc: 7 valeat. ' Certò igitur fixae hic 7 circiter minutis inveniuntur ab aequi- *XV, 16ᵛ*
noctio promotiores.

Ex ijsdem distantijs Lunae a fixis licet etiam pronunciare de horario Lunae.[3] Nam Tychonicus est 31′48″, meus 32′41. Etenim nocte antecedenti horâ 13°27′, quando Luna in nonagesimo fuit, longitudinis parallaxi carens, margo occidentalis visus est distare

[1] *Randbemerkung* Nota eclipsis ☽ in 22¾ ♍ maturior, si mea utor aequandi temporis ratione.
[2] *Randbemerkung* Fixae. Locatio fixarum
[3] *Randbemerkung* Horarij Lunae a ☉ examen per observationes.

a corde ♌ gr: 14° minus 0½′. Haec verò nocte hora 14°40′ idem margo ab eadem stella abfuit gr: 28°1′. Sic horis 25°13′ Luna promota fuit per 14°1½. Ergò uni horae veniunt 33′24″: unde aufer horarium Solis 2′27″, restant 30′57″. Et quia Luna est in descendenti semicirculo, principio igitur hujus temporis minor fuit horarius, medio tantus, sc: circa horam 3¾ diei antecedentis; fine vero, sc: durante ipsa eclipsi, jam fuit major. Rectè igitur majorem uterque exhibet quàm 31′. Melior verò meus, quia, quem diximus horae 3 diei accommodari scilicet 31′, is non est in ipso articulo oppositionis, sed 12 horis ante, non igitur celerrimus. Datur enim intelligi, si Luna totis his 25° horis in vigore hoc oppositionali cucurrisset, plus omnino promoturam fuisse. '

XV, 17

XIII. Eclipsis anno 1590. $\frac{6}{16}$ Julij

Haec eclipsis Uraniburgi non est visa, nam Luna prius occidit, quam de ea quicquam delibaretur. Oritur autem Sol in 23½ ♋ Uraniburgi horâ 15.38, et Luna, quippe adhuc paulo ante oppositum Solis, occidit etiam aliquot scrupulis maturius, cum etiam parallaxi dejiciatur in occidentem plus quam a refractione attollitur.

Vicissim de eadem eclipsi sic scribit MAESTLINUS *libello de Eclipsibus* anno 1597 edito, * *Nos hic Tubingae, Solis centro supra horizontem emergente, vidimus Lunam ab austro aliquot digitis jam deficientem duobus penè gradibus (per refractionis insignem magnitudinem) elevatam: et contra, Lunae centro sub occasum descendente, notavimus Solis supra ortum duorum graduum altitudinem.* Occidit autem Luna prius quam ad maximam obscurationem devenerat. Oritur eo die Sol Tubingae h. 16.15 et propter refractionem uno gradu majorem aliquot minutis maturius.

Oportet igitur Lunam Uraniburgi post occasum quidem ad umbrae marginem venisse, at multò ante h. 16°26′: quia in tanta latitudine tardè conficiuntur aliquot digiti.

Calculus TYCHONIS. Aequ: tem. 7.30 ad.

{...} ☉ 23.56.30 ♋ ☽ 23.35.46 ♉ Lat. 55′12″
Oppositio contingit post minuta 37′3″

hora	16.57	aequali Uraniburgi: ☉ 23°57′12″ ♋			
	16.49½	apparenti	{...}	Sc: def:	8.25
	56½			Sc: durationis d.	31.34
Hora	15.53	initium. Tubingae h. 15°42′	Duratio dim. h.	0.56°25′	Digiti 2°52′

Calculo meo

{...}	♑ 4.43.26 ♌		Ob dies 10 h. 7½ decedunt 32.46 vicissim 25	
	☉ 23.57. 7		accedunt nomine correctionis.	
	10.46.19	—	Lat. 59′20″, simpl. 56′1″	
☽ 23.52.33 ♉	2.44			
	23.59.51			

Ergo maxima obscuratio h. 17.9 aequali. Minutis 12 sequor Tychonicum in observatione maximâ, quia versus perigaeum magnam aequationem subtraho, simul propter obliquitatem Lunae metam promoveo maximae obscurationis. '

* {...} Digiti paulo minus duo Sc: durationis 26. 8 *XV, 17v*
Duratio d. h. 0.45.23 Aequatio physica 11′46″ ad.
Medium 17. 9 Ergo h. 16.12 apparenti.
Initium h. 16.23.37 aequali Tubingae verò h. 16.1.

Sic igitur apparens initium ex meo calculo venit 19 minutis posterius quàm ex Tychonico, quadrantem tamen horae antevertit occasum Lunae. Hic observatio nos non discernit: versatur enim hoc initium ab utroque nostrum computatum intra terminos ab observatione praescriptos, ut et ipsum cadat inter occasus ☽ Huennensem et Tubingensem, et occasus Lunae cadat inter initium et mediam obscurationem.

Illud verò utrique nostrum objici potest ex MAESTLINO, majorem per illius verba repraesentari defectum quam in nostris calculis. Si enim prius quam maximus esset defectus, et secundum meum quidem calculum multo prius, *jam aliquot digiti erant in defectu*, certè quod majus est aliquot digitis, id omnino majus quid erit 2 digitis à me dictis, majus etiam 3 digitis a TYCHONE dictis. Anne igitur Luna ad ♈ iens meridionalior fuit et nodum hunc loco anteriori invenit? et multò quidem anteriori? Igitur in hac re concurrunt eclipses praecedentes XII. VI et aliae, contrarium postulantibus IX. X. XI. [1]

XIV. Eclipsis Lunae anno $\frac{1590.\ 30\ \text{Decembris}}{1591\ 9\ \text{Januarij}}$ *XV, 18*

Finis hujus deliquij fuit observatus Uraniburgi minutis 2′40″ priùs quàm sequens humerus Orionis a meridiano in orientem remotus esset 20°41′ gradibus. Cum stellae asc: recta anno 1590 esset 83°18′, ablato intervallo relinquitur asc: recta m. c. 62°37′. Hinc aufer 40′ pro minutis 2′40″, restant 61°57′ tempore finis. Sol verò in 19°8′ ♉ habet asc: r. 290°43′. Differentia 131°14′ conficit horam 8°45′. Etsi coadjutorum unus ante tria minuta pronunciaverat Lunam totam rotundam, TYCHONE reclamante. SEVERINIUS finem assumit h. 8°40′.

* Viginti figurae distinctarum Lunae phasium se invicem sequuntur, annotatis ubique temporibus et inclinatione umbrae, est ubi et altitudine Lunae: initium tamen deest, prima enim phasium fuit, quando paulò plus dimidio diametri Lunae in umbrâ et cornuum linea ad perpendiculum erecta pingitur, horologij quidem indicatione horâ 6.5′, sed quod tunc ostendit h. 6°40′, quando Aldebaran a meridiano abfuit 30°1′, id est in asc: r. m. c. 33.8. Id est hora $6.49\frac{1}{2}$: ut ita phasis dicta congruat horae $6°14\frac{1}{2}'$ correctae. Altitudo supremi marginis Lunae 20°25′ cum declinatione $21°2\frac{1}{2}'$ angulum ad polum facit 84.22. Etsi vero Luna est verè ante Solem, at visibiliter est projecta in ortum, ferè in ☌ ☉. Et simul habet latitudinem meridianam estque parallaxi adhuc projectior in meridiem. Si igitur ipsum punctum eclipticae Soli oppositum fuisset, hora indicaretur 6°22′. Sed propter dictas causas aliquot scrupulis minus fuit, ut prius.

Inde ad sextam schema dicitur paulò minus quartâ parte superfuisse ad horam $7°13\frac{1}{2}'$ correctam et quidem paulò etiam antè pars residua aestimabatur quasi quartâ. Et inclinatio cornu congruebat medio circiter, erat enim quasi 45° graduum, cavitate sursum spectante versus sinistram. Sanè h. 7°33′ supina cornua arguebant, jam transisse medium. Et schema decimum exhibet hora 7°46′ eandem quantitatem illi, quae in primo schemate, ut hoc pacto medium fuerit hora 7.0. Exijt umbra versus verticem ad dextram. Medium in *Progymn.* ascriptum est h. 6.55.

Calculus TYCHONIS, cui aequatio t. 6′22″ ad.

{...} ☉ 19. 9. 6 ♉ ☽ 3.19.11.35 ♋ Lat: 29′55″
h. 1.45.18 Dimidia duratio

{...} Digiti 10.47 Lat. 29.55
Scrupula def: 30. 5
Scrupula dim: 31.57 '

XV, 18' Medium ergò calculo TYCHONIS repraesentatur horâ 6.52, finis h. 8°37'. Sed utcunque sint ista propinqua observatis, quantitas certè nimia est, ubi superest nihil ultra $1\frac{1}{4}$ digitos, cum tres digiti censiti sint superesse.

Consulo igitur meum etiam calculum.

{...}	☽	19.11.34 ♋	♂	25.22.23 ♋
Requisitus		19.10.23	☉	19. 8.46
		1.11		6.13.37
				1.37 Reduct:
Medium h. 7.$1\frac{1}{2}$ aeq:				19.10.23 Requisitus

{...} Digiti 10°23' Dimid: dur: 1.40.33
Medium h. 7. 1.30 aequali
Finis h. 8.42. aequali

Temporis aequatio physica est 3.22 add: ergò h. 8°38'38" apparenti.

Hic sequitur meus Tychonicum in tempore medij aequali minutis $3\frac{1}{2}$, quia aequatio quidem mihi est eadem, reductio verò ad metam obscurationis maximae totum conficit. Latitudinem habeo majorem, quia et angulus mihi major et nodus magis in sequentia a Lunâ distans. Hic etiam dimidia duratio mihi minor, essetque multò minor, nisi mihi auctior umbra, diminutior Luna. Nec multò tamen mihi minor defectus, etsi multò major latitudo. Nam scrupula quidem defectus pauciora habeo, at simul et Lunae diametrum breviorem.

Quod verò observationem attinet quantitatis defectus, illa sanè utrumque nostrum redarguit fortiter, magis tamen Tychonicum: minor enim fuit, major igitur latitudo, ac proinde nodus promotior, quippe Lunam sequens. Accedit igitur haec eclipsis ad classem posteriorem, in qua sunt IX. X. XI.

Considerabimus tamen etiam declinationem in primâ phasi observatam, an ea nobis astipuletur.[1] Si enim supremi cornu declinatio fuit 21°$2\frac{1}{2}$', altitudo verò 20°25', angulus inter azimuthalem et circulum declinationis fuit 36°$30\frac{1}{2}$'. Et quia parallaxis ☽ fuit 60'16"
XV, 19 ' mihi, altitudo verò Lunae cornu superioris 20°25', ergo parallaxis altitudinis 56'50". Haec cum sit basis trianguli rectanguli minimi, cujus jam unus angulus expressus est; quare angulus alter erit 53°$29\frac{1}{2}$'; huic autem objicitur parallaxis declinationis: haec igitur fit his principijs 45'25". Vera igitur declinatio supremi cornu sept: fuit 21°48'; aufer partem proportionalem collectam per semidiametrum Lunae secundum me 15'30", scilicet 12'26", restat declinatio centri 21°35'22". Posito igitur, quod hac vice centrum Lunae visum sit in loco eclipticae penitus Soli opposito, scilicet in 19.6 ♋, cùm hic declinet 22°9', distaret igitur centrum ☽ ab ecliptica in circulo declinationis 33'38", et quia angulus eclipticae cum hoc circulo est 82°, ideo viâ brevissimâ distaret per 33' et haec esset vera latitudo centri australis. At si parallaxis longitudinis vel ascensionis rectae superaret differentiam longitudinis centrorum, ita ut visus locus sit jam ultra ☌ ☉, locus ejus eclipticus paulò minus declinabit, proinde latitudo vera centri ☽ erit paulò minor quàm 33. [...]

Post horam igitur in medio eclipsis Luna propior nodo facta haberet lat: $30\frac{1}{2}$' circiter, quantum proximè dicit calculus TYCHONIS: cum tamen ipsa quantitatis observatio liqui-

[1] *Randbemerkung* Ex declinatione visa et parallaxi et altitudine latitudinem veram

dò testata sit, oportuisse tunc lat: esse majorem. Hunc igitur dissensum tribuere possumus difficultati observandi declinationem ipsissimi cornu.[1] Dum enim cavet observator, ne pro margine extremo sumat aliquid de corpore Lunae, eaque de causâ splendorem extremum sequitur, qui ex causis opticis latius excurrit, fit ut majorem justo declinationem sumat per unum et alterum scrupulum. Ita rursum diminuta declinatione sep: augetur latitudo merid: centri Lunae.

Multò magis hoc obtinebimus, si refractionem etiam adhibeamus, quae in altitudine ☽ 20° statuitur 5′30″.[2] Nam haec diminuta de parallaxi altitudinis 56′30″ relinquit 51′0, proinde portio competens declinationi erit 41′0. Ita centri declinatio erit 21°31′ et latitudo $37\frac{1}{2}'$, etsi planè nihil observationis vitio tribuamus. Neque omninò tantam hoc momento latitudinem veram statuo, cum refractionis quantitas non sit semper constantissima: sufficit, quorsum ea tendat, id saltem ostendisse.

Ad comprobanda et limitanda ea, quae jam de parallaxibus sunt dicta, et propter sequens epichirema ' constituam etiam parallaxes. *XV, 19ʳ*

Asc: recta Solis	290°43′			
Hora 6.14½	93.38			
	90			
Asc: obl: horos:	114.21			
In nonagesimo	16.46 ♉			
Ejus altit.	48.0	— 29685	—	40178
Sit Luna visibiliter in	19. 6 ♋			
Dist: a nonag:	62.20	— 12142		
Parallaxis horizont:	60.16	— 404400	—	404400
		446227		444578
	Parallaxis longit. 39.40″		Latit. 40′22″	

Lubet nunc etiam ex specie phaseos extruere tam veram distantiam Lunae à centro umbrae, quam latitudinem ejus veram[3]: non quod haec latitudo sit omnium certissima; non est enim annotatum, cornua fuisse ad perpendiculum erecta, sed ita saltem pinguntur in primis duabus phasibus picturâ rudi et saepe limatâ, in tertia verò jam subito ad dextram est reclinis species idque evidenter valde.

Data igitur distantia Lunae à nonagesimo visibili et distantia non: a vertice ut prius, et insuper alt: centri Lunae visa 20°9′, dabitur angulus inter verticalem et eclipticam praeterpropter[4]. Nam Luna in austro est, non in ipsa ecliptica, cujus rei causa pro 42°0 usurpabimus 43°20′ quasi ducto circulo a puncto oriente per centrum Lunae. His principijs angulus iste fit 46°58′. Posito ergo, quod cornua steterint ad unguem erecta, angulus inter diacentron et eclipticam, utpote in triangulo minimo, erit 43°2′. Et quia centrum umbra dicitur transgressa, minus igitur aliquid interfuit inter centra semidiametro umbrae, minus igitur mihi quidem quàm 45′45″, Tychoni adhuc minus. De hac verò ut basi secundum angulos jam patefactos respondet longitudini quidem 33′26″, latitudini 31′12″. Minus igitur quam 31′ fuisset in latitudine, si phasis fuisset exacta, et Tychoni multò minus. Ita ne Tychonica quidem parvitas sufficeret, cum tamen observatio quantitatis aliquid majus postulet meâ etiam magnitudine. Non fuit igitur exacta phasis, sed reclinis jam versus dextram à suprà, quod tertium schema manifeste prodit.

[1] *Randbemerkung* Difficultas observandi cornu
[2] *Randbemerkung* Refractio mista parallaxibus.
[3] *Randbemerkung* Ex phaseos quantitate et inclinatione veram long: et lat:
[4] *Randbemerkung* Ex cognitione distantiae a nonagesimo angulum inter verticalem et eclipticam.

Ex eo verò, quod obvenit longitudini, collatae cum parallaxi longitudinis, apparet, Lunae locum visum fuisse jam ultra ☍ ☉, circiter 8′ vel 9′ scr:. Simul autem de medio durationis certius aliquid pronunciare possumus. Horarius enim ☽ a ☉ fuit 30′14″, qua-
XV, 20 re circiter horam abfuit obscuratio maxima aut tan'to minus unâ horâ, quantò inclinatiora in phasi fuerunt cornua.

Cuperem eâdem methodo etiam illas phases tractare, ubi cornua prona pinguntur, sed quantitas defectus deest et in picturis nimio variat: nihil igitur huc conferunt. Et in fine umbra vertici quidem corporis Lunaris pingitur propinqua, at inclinatio non est expressa nec numeris nec verbis, picturae verò nudae non est fidendum.

Satis tamen ex observatâ quantitate demonstratum est, attestante et declinatione observatâ, latitudinem omnino augendam nodo promoto, itaque hanc eclipsin accedere classi secundae, in qua sunt IX. X. XI.

XV. Eclipsis Lunae anno 1592 $\frac{14}{24}$ Junij.

Cum Sol in 3°15′ ♋ occidat Uraniburgi h. 8.40 et propter refractionem aliquanto tardius horologij horâ 8°46′, centrum Solis occidit, cum Luna corpus subobscurum inter densas nubes totaliter supra visibilem horizontem conspiceretur elevatum; nec propter nubes aliquanto spissiores (verba exscribo) discerni potuit, an aliqua ejus particula fuerit in umbra.

Emersit ex nubibus h. 9.28, quo momento cornua pinguntur erecta, defectus minor semisse corporis Lunae; h. 9.36 adhùc erecta, defectus semissi proximus. H. 9.57 declinatio est annotata inferioris integri limbi 24°58′ vel 59′. Sed Luna valde humilis, ad gr. 5°, et in refractionibus.

Inter h. 10°13′ et 10°25′ annotatur defectus plenus, neque tamen minor pars illuminata 14′ unquam fuisse scribitur, quorum $32\frac{1}{2}$ inventa sunt inter cornuum extrema. Color partis offuscatae ferrugineus. Hor: 10.46 scrupula lucida 16, cornua exactè supina. Hor: $11.58\frac{1}{2}$ visa est recuperasse lumen. Statim h. $12.3\frac{3}{4}$ medium Lunae in meridiano cum altitudine limbi inferioris 9°1′ vel 9°0′.

Igitur si ponas initium h: 8°50′, finis h. 11°58′, erit duratio dim: h. 1°34′, medium h. 10.24. Et respondet mediocriter inclinatio ad id momentum. Sin autem tardius incepit, minor etiam fit duratio, posterius medium. In *Progymn*: ponitur h. 10°16′ certè nimis maturum hoc medium. Sic enim defectus principium sub Terram caderet et Luna oriens, si jam per quadrantem horae laborasset ingressu in tenebras, facilimè potuisset defectus coargui. Infra ex phasi supinorum cornuum colligetur medium etiam posterius hac horâ 10°24′.[1]

XV, 20ᵛ Calculus Tychonis. Aeq: t. 1′10″ add:

{...}	☉ 3.15.13 ♋	☽ 3.18.29 ♉	Lat.	31. 9	
				2.35	
{...}	Digiti 9.25			11	
Scr. durat: d:	48.17			33.55	Mer.
	20.41				
Dimidia dur: h.	1.45. 0	Mirum cur in *Progymnas*: sint tantum 8.			

Sanè calculus id exhibet pro aequali tempore medij, quod est in *Progymnasmatis*: at praevenit observationem minutis 7′.

Haec duratio ferè per dimidiam horam superat observationem et sic finem observa-

tum per accidens assequitur. Quantitatem etiam refutat BRAHEUS, qui non 7 digitos totos observavit. Ergo latitudo major nodusque antecedens remotior fuit in antecedentia.

Inserta quidem est protocollo observatio Witebergae habita à CHRISTIANO JOANNE
* RIPENSI (qui aliquamdiu TYCHONI inserviverat), sine initio et fine eclipsis; qui, cùm maximam, pingit $9\frac{1}{2}$ digitos, ut habet calculus. At pictura haec est in cornibus supinis post medium nec respondent caeterae figurae, nec quicquam de quantitate verbis exprimitur: cum TYCHO etiam dimensus sit partem residuam. Ultima illi phasis habet adhuc digitum in defectu, cum Vultur esset orientalior medio coeli per 16°15′, ut fuerit A.R.M.C. 276.20, Solis 93.33; tempus igitur arguitur h. 12.11, finis igitur circiter h. 12°18′, quasi sit differentia meridd: 20′[1]: quod multum repugnat tabulis geographicis: non est igitur fide digna observatio.

Calculo meo.

{...} ☽	3.21.22 ♉	☊	27.22.36 ♊		{...}	Digiti	10°27
Requisi:	3.13.46	☉	3.15.20		Scr: dimidia du:		49.32
	7.36		6. 3.44				28. 5
			1.34	red. Lat. 33.33			21.27
	Requis.		3.13.46	Simpl. 31.40	Dim: du: hor.		1.45.48

Fuit medium h. 10.9 aequali, aequatio t. physica 0°30′ a. Ergo h. 10°8′30″.

Quod igitur praevenit calculus meus, fit quia minorem subtraho aequationem post apogaeum, simulque anticipo metam obscurationis maximae. Quod latitudo mihi pene eadem, fit quia ex majori quidem angulo excerpo, at vicissim nodum Lunae propiorem habeo.[1]

Quod nihilominus digitos uno plures exhibeo, fit quia umbra mihi major, Luna mi- *XV, 21*
nor. Nec tamen ultra dodrantem scrupuli plus habeo in dimidia duratione, quia minor diameter Lunae, major horarius.

Cùm igitur quantitas defectus arguat latitudinem utrâque nostrâ multò majorem: age consulamus etiam observatam declinationem statim post finem eclipsis.[2]

Si altitudo limbi inferioris in meridiano fuit 9°0¼′, centri igitur 9°15¼′, altitudini huic
* parallaxis congruit 58, refractio ex Lunaribus 11′: superat igitur parallaxis per 47′, vera ergò centri altitudo 10°2′. Aequatoris verò altitudo est 34°5′15″, declinatio igitur vera centri ☽ 24°3′15″.

Sed Luna in fine eclipsis superavit locum ☍ ☉ per 49′35″ ex meo calculo, ergò est in 4°7′ ♋, qui declinat per 23°28′; residua sunt 35′15″ pro verâ latitudine meridianâ. Vides autem ex ipso processu, tantum augeri latitudinem veram; quantò minuitur haec assumpta refractio; et est quidem in Sole minor, sc: 10′, in fixis sc: 6′ eoque non semper constans. Digiti quidem 7 cum mea umbrae semidiametro compositi, latitudinem in medio desiderant 42′18″, distantiam a nodo per meum angulum 7°40′; itaque ☊ esset hac vice in 25°35′ ♊, non verò in 27°12′ ♊; tunc et scrupula durationis erunt pauciora, sc: 42′15″ et duratio dim: h. 1.30, quanta et observata.

Imprimis vero evidens est phasis h. 10°46′: cum cornua exactè supina, et superfuere in lumine scrupula 16′, quorum tota diameter habuit 32′. Centrum igitur Lunae fuit in margine umbrae, et utrumque centrum in eodem verticali fuit. Hic enim distantia centrorum aequavit semidiametrum umbrae 44′43″, nec verticalis valde inclinabatur ad eclipticam. Aufer[a] enim ab asc: r. oppositi ☉ 273°35′ pro horis 1°14′ gradus 18°30′,

[1] *Randbemerkung* Witebergae long:
[2] *Randbemerkung* Ex declinatione latitudinem.
[a] *Kepler* Auffer

restat A.R.M.C. 255.5 et A.R. horoscopi 345°5′ estque in nonagesimo 19′ ♏ et distantia Lunae ab eo 45° circiter, angulus 12°35′, complementum 77°25′, quod augebimus ob lat: ☽ visam australem, ut sit 79°; ita conficimus angulum 82°11′ circiter, remanentque in latitudine 44′18″, in longitudine 6′5″, quae Luna conficit minutis 13′: quare medium eclipseos fuisset hora 10.33, dimidia duratio h. 1°25′. Et in medio eclipsis Luna ut prius ferè 43′. Omnes igitur circumstantiae astipulantur magnae latitudini. Et simul eclipsis medium in calculis certè per 16′ praecurrit observationem.[1]

79° 0′	— 1854	— 165600
45.		— 34660
	920	— 200260
82.11.	— 934	— 199500
	29400	29400
44′18″	— 30334; 6′5″	— 228900

XV, 21v

XVI. Eclipsis Lunae anno 1592. $\frac{8}{18}$ Decembris

Uraniburgi coelum nubilum; per nubila tamen ad usque horam 6°52′ non quicquam orbis rotunditati decedere visum. Deinde conditus in nubem non emicuit ante h. 8.50 nec tunc quidem ita liber erat, ut de specie defectus pronunciari posset. Horâ denique 9°0′ vestigia discedentis umbrae visa sunt in dextro margine inferius.

At Sorae in Seelandia Tycho Braheus ipse Lunam quasi mediam in umbra vidit in altitudine 34°45′; finem signavit altitudine limbi superioris 42° circiter, unde tempus elicuit Severinius h. 8°50′, quod Uraniburgi esse dicit h: 8.56. Ita medium caderet circa h. 7°54′, quod in *Progymnas*: exprimitur h. 7.41. *

Calculo Tychonis: Aeq: temp: 1.0. sub.

{...} ☉ 27.13.53 ☽ 27.24.54 ♊ Lat. 51.51
13.53
11. 1

Colligo medium {...}
Hora 7°41′ aequali Digiti 4°24′
Dur: dim. 1. 3½ Sc: dur: di: 37.30
Finis h. 8.44½ aequali 35.22
8.45½ apparenti. 2. 8 Dimidia dur: h. 1.3.30

Calculo meo

{...} ♎ 17.49.35 ♊
☽ 27.25.15 ♊ ☉ 27.14. 7
11.44 9.24.32
Requisitus 13.31 2.23 Red. Lat: 51.54 {...}
27.11.44 Simpl: 49. 7 Colligo medium h. 7°37½′ aequali

Dimidia duratio h. 1. 4.15
7.37.30
Finis h. 8.41.45 aequali
h. 8.41 apparenti

Si fidendum est huic animadversioni Tychonis, quod Luna quasi media in umbrâ est visa: latitudo hic requiretur minor, eoque nodus antecedens promotior in consequentia seu, quod eodem redit, minor angulus excursus ad latera hac vice[1].

[1] *Randbemerkung* Latitudinis discrepantia non ab angulo parvo

Conveniunt calculi eodem, licet per diversae quantitatis principia, sed uterque praevenit observationem per 15′ circiter: sicut et in praecedenti.[1]

XVII. Eclipsis Lunae anno 1594 $\frac{18}{28}$ Octob: H[a]. *XV, 22*

Certum in duobus observatorijs initium Uraniburgi deprehensum est h: 17.54 in supremo margine parum versus dextram. Horâ 18.35 Tychoni, at h. 6.26 Gellio Sasceridi dimidia in umbra fuit censita, crevitque defectus, quousque potuit aestimari prae vaporibus, ad 9 digitos horâ sc: 18°45′. Exinde Lunâ vaporibus immersa, Sol cepit oriri horâ 19°12′ usque in h. 19.17, cum tempus seminocturnum postulet 19.23: per refractionem quippe tollebatur in altum. In *Progymn*: medium reponitur in h. 19°26′.

Fabricius in Frisia Orientalis, pago Resterhaven, qui duobus minutis orientalior est Elmdâ[b], habens alt: poli 53°38′, ut Tycho in obs: annotavit, observavit alt: Sirij, cùm parum jam incepisset, 18°10′. Hinc computo tempus.

V.P.	36.22		52264	Cum igitur hoc momento jam transmissum
S.P.	106.10		4035	fuerit initium, major fit diff: meridd:, quàm
	69.48		56299	5°55′ vel temporis 24′. Tycho sane statuit
V.S.	71.50			6°45′, seu m. 27.[1]
	141.38	− 70.49 −	5713	Confirmavit tempus distantiâ Procyonis à
	2. 2	− 1. 1 −	403175	meridiano min: 30 temporis cir: Et tunc
			408888	defectum aestimavit 2″ vel 3″ scrup:
			352589	
	19.46	− 9.53 −	176295	
Sirij A.R.	96.49			
A.R.M.C.	116.35	Resterhaviae		
At	122.30	Uraniburgi		
	5.55	Diff.		

Calculus Tychonicus. Aeq: t. 9′15″ sub.

{...} ☉ 5.28. 6 ♏ ☽ 5.32.37 ♉ Lat. 30′33″
59.25
28.52 Sc: defectus

Medium 9½ scrupulis citius incidit. Ergo h. 19.16½ appar:
Dim: duratio 1.46½
Initium h. 17.30 appar: {...}
Initium praevertit observationem per 24. Duratio dim: h. 1.46.33

Calculo meo: aequatio physica t. 2′20″ add.

{...} ☽ 5.34.37 ♉
5.30. 0 Requis: ♄ 11.50.41 ♉
4.37 diff: ☉ 5.28.21 ♏
6.22.20 − Lat. 35′14″ Simpl: 33.15
1.40 Reductio
5.30. 0 Requisitus

[1] *Randbemerkung* Resterhaven long:
[a] *Uhrzeit nicht angegeben*
[b] *richtig* Emdâ

{...} Dim: duratio h. 1.41.51
19. 5 Medium
17.23 Initium comp: praevertit per 31.

Medium exactè idem cum Tychonico, compensante reductione parvitatem aequationis. Ergo h. 19.5 apparenti.[1]

XV, 22v Et quia defectus usque ad dodrantem crescere animadversus est, quae sunt sc: 23′6″, rectè sane fit, quod uterque calculus plura exhibet scrupula defectus, ille quidem ferè 29, meus verò 25′19″. Etsi FABRICIUS misit pictam formam deliquij horizontem subeuntis, quae minus habet dodrante, quasi jam transisset medium. Ita non pervenisset ad 10 digitos: possetque etiam in ista eclipsi latitudo calculi augeri vel aucto angulo vel promoto nodo sequente in consequentia. Tum etiam duratio minor fieret, et finis aliquot scrupulis propinquior fieret observato.

Occidit Luna dicto loco oriente Sole h. 19°15′ vel paulò ante ob parallaxin, vicissimque refractio quanto citius facit oriri Solem, tanto tardius facit oriri[a] Lunam. Si ergò ab initio observato h. 17°27′ numeraveris minus quam h. 1°42′, dimidiam durationem, pervenies non usque ad h. 19.9, et sic supererunt a medio usque ad occasum Lunae scrupula aliquot. Quae omnia cùm inter se consentiant: patet hanc eclipsin inter illas esse, quae nodum seq: promotum, calculi tempus prolongatum postulant.

XVIII. Eclipsis Lunae anno 1595 $\frac{13}{23}$ Aprilis

In hujus eclipseos observatione magna fuit adhibita diligentia, cujus et nos vestigia sequemur praecipue ob testimonium latitudini conquirendum.

Primum in media nocte locus Solis erat 3°8′ ♉, asc: recta 30°54′. Cùm igitur esset ☌ (cujus asc: recta tunc 146.42) occidentale gr: 65.50, nempe horâ 12°6½′. Lunae limbus occidentalis removebatur a Spica 12°17′, cujus declinatio 8°59′ a. Lunae verò declinatio centri erat 12°26′15″ aust: per armillas. Hinc datur locus sic

{...} Ergo locus ☽ visus 0.40°47′ ♏. Latit. visa 44′2″ au.

Pro parallaxibus dissimulatâ refractione

Asc: R.M.C.	212.32				
Angulus or:	28.20	Nonag:	23.23 ♍		
	74528	☽	0.41 ♏		
	50089		37.18		
	399710		61.40		
Paral: 63′9″	524327		12760		
Parall: longit:	18.10		399710	Parall: lat.	55.37
Visus lo.	40.47		412470	Visa lat:	44. 2
Verus locus	0.22.37 ♏			Vera lat.	11.35 Sept:

Sed si Luna fuit in refractione, eâ detracta minor fiet vera lat: sept:[1]

XV, 23 Pro confirmatione hujus declinationis, quae plurimùm confert ad latitudinem, notata est ante quadrantem horae altitudo centri meridiana 21°45′, itaque declinabat 12°20′,

[a] *richtig* occidere

et simul consultae armillae ostendebant 12°22′. Itaque per hoc vera lat: sept: ad illud momentum statuitur major, sc: 15′30″: quod non potissimum ob majorem remotionem a nodo contingit, sed ob difficultatem observandi.

Jam Luna visa est aliquid lucis amittere, cum lucida Vulturis (cujus asc: recta 292°45′) abesset à meridiano 38°5′. Id igitur fuit h. 14°54′, per 2 observatoria h. 14°52′.

Post 12 minuta distabat occidentalis Lunae limbus (cujus decl. 13°59′ a.) a Vulture 85°25′. Ergo Asc: R. centri ☽ sic invenitur 209.39. Commediat 1°50′ ♏, qui declinat 12°9′12″ a., ita Luna excedit gr: 1°0′. Et cum angulus merid: cum ecl: sit 69°42′, respondet hinc long: 20′50″, et visus igitur Lunae locus 2°10′50″ ♏, visa lat: 0°56′17″. Hinc aufer parallaxes dissimulatâ refractione. Est enim Asc: R.M.C. 251°40′ et in nonag: 25 ♏, et Luna ab eo in occasum per 22°49, angulus orientis 12.

{…}	5′ 5″	Parallaxis longit:		1. 1.45	Parallaxis latit:
	2.10.50			0.56.17	
	☽ 2.15.55 ♏ verè.		lat:	0. 5.27	Sept: vera

Igitur ab horâ 12°6′30″ in horam 15°6′ per horas tres deprehenditur Luna promota per 1°53′18″. Et si nulla refractio subtrahatur, in latitudine septentrionali decrevit per 6′; at proportionaliter debuit decrescere per 10′24″, quare si utrinque justa fuit observatio, datur hinc excessus refractionis in Lunâ humiliori minutorum $4\frac{1}{2}'$ in latitudine. At si magis fidamus observationi meridianae proximae, quae latitudinem habuit 15′30″, tunc perexiguus relinquitur sensus variatae refractionis. Interim hoc nota de utraque vice, Lunae latitudinem veram detractis refractionibus fore minorem.

Inde hora 15.48 tota in umbram ingressa visa est per tria observatoria consensu exacto: consumptis in incidentiâ minutis 56′, cùm jam illucesceret; nec ex eo quid amplius est observatum, Sol enim h. 16°42′ oritur ea die.

* Hanc eclipsin Crabbus Mathematicus Brunswicensis in urbe Brunswiga observavit in altitudine Arturi 43° incipere. Colligitur hora 14°56′. Esset igitur differentia meridd: 4′ et Brunswiga orientalior[1]: quod repugnat tabulis, ponunt enim illam tanto occidentaliorem et plus etiam. Sed expectabimus plura suffragia. Facile unum gradum in altitudine stellae peccat observator non exercitatissimus.[1]

Eandem et ego Grätij observavi; cepit in altitu'dine Arturi 44° circiter astrolabio papyraceo, cum et Lunae alt: esset 15°30′ circiter. Inde desijt lucula transparere per densum horizontis aerem, cum Arturi alt: esset 34, Lunae 6. Prodit pro initio tempus 15.2. Vel si Lunam respiciamus, cùm eo momento Uraniburgi fuerit ejus asc: recta visibilis 209°39′, declinatio 13°59′: nec multò alia Grätij, ut ea quidem sit utilis ad indagandum tempus; ergo ejus altitudo 15°30′ arguit horam $15°5\frac{1}{2}'$. Ita conficeremus differentiam meridd: 10′ vel 13′.[2] Posteriori momento colligo vel h. 16°2′ ex Arturo vel h. 16°13′ ex alt: Lunae posterius sumptâ: sed inepta est haec incerta observatio ad confirmandam differentiam meridd: Medium in *Progymn*: est h. 16.36 app. *XV, 23ʳ*

Sequitur calculus Tychonis. Aeq: t. 8′50″ s.

{…}	☉ 3.24.32 ♉	☽ 3.23.59 ♉	Lat: 6′59″ aust:	
{…}	Dur.	1°50′37″	{…}	Dur: 63.26
	Mor.	47.44	Scrupula	
	Incidentia h.	1. 3. 0		Mor: 27.22

[1] *am Rand* Brunswigae long.
[2] *am Rand* Grächij long:

Medium eclipsis cadit h. 16.28 tempore aequali, h. 16.37 apparenti; initium ergò h. 14.46½. Sed tempus incidentiae multo computatur longius observato.

Calculo meo

{...}	☽ 3.28.19 ♏	☊ 2.28.44 ♉		
Requisitus	3.25.25	☉ 3.25.40 ♉		
Diff:	2.54	0.57. 0		
		0.15	Red.	
		0. 5.27	Lat.	
	Simp.	4.58		

{...} Duratio d: h. 1.50.25 Mora dim. h. 0.55. 0
Tempus inci: 55.25

Copulam mediam computo 6 minutis citius quam TYCHO, durationem eandem, tempus incidentiae brevius et proximum observato. Sed initium per durationem cadit h. 14.32 aequali et per aequationem temp: physicam 21 sub:, quae hic additur, plane h.
XV, 24 14°53′.[1] Quod latitudinem attinet, etiamsi refractionem, quantam TYCHO in Luna prodit, removeam, manet tamen in medio septentrionalis observata. Proinde vult hic nodus in consequentia promoveri, ut pro meridianâ 5′27″ fiat sept: 1′ circiter: idque non argumento durationis, quae parum mutatur in eclipsi penè centrali, quacunque nodum moveas, sed sola observationis fide in declinatione: nisi forte eam quis insolita et valde insigni refractione statutâ evertere voluerit. Atqui ne hoc quidem passurae sunt istae observationes. Refractionis enim haec est natura, ut versus horizontem subito crescat: et si magna admodum fuit refractio in meridiano Lunae situ, quando fuit altissima totius illius noctis: necesse erat post tres horas magnam etiam animadverti refractionis hujus diversitatem, Lunâ quippe jam humiliori multum: Non vero deprehensa est magna refractionis diversitas, sed aut 4′30″ solùm minutorum, aut plane nulla, ut superius ex ipsis observationibus demonstravimus. Certissimum igitur est, promotiorem hoc loco nodum fuisse. Nihil hic proficeremus anguli auctione, solus nodi situs in culpa est.[1]

Pro fixarum locatione nota[2], quod minutis 12 post principium respectu fixarum inventa sit ☽ in 2°16′ ♏, nec multo anterius per refractionem, ut quae in hac alt: minima pars est parallaxis, cum ipsa etiam longitudinis parallaxis sit exigua, sc: 5′ minutorum. Minutis 12′ congruunt sc: horarij ☽ a ☉ 7′3″. Et quia ☽ proximè eclipticam, latitudine non majori quam 5′27″ sep:, tota dempta de 65′15″ distantiâ centrorum, relinquit 58′12″. Centrum igitur umbrae respectu fixarum erit in 3.14.7 ♏. At computatur ex TYCHONI ad h. 1°38′ ante medium in 3°21′35″ ♏. Vicissim igitur si centrum umbrae in 3.21.35 ♏ collocetur, fixae sunt promovendae per 6½′.

XIX. Eclipsis Lunae anno 1595 7/17 Octobris

Cùm quatuor circiter digiti aut paulò plus in umbra essent, occidit Lunae centrum novem solis minutis postquam primum fuit animadversus defectus aliquis, quem pictura exhibet quantitate quinta partis de semidiametro, seu digiti 1⅕: itaque 7 circiter minutis maturius, id est 16′ ante occasum Lunae fuit merum initium. Oritur verò Sol in 24¼ ♎ horâ 18°57′ et Luna nondum in opposito Solis praeoccidit: nimirum horâ 18°50′, ut

[1] *Randbemerkung* Latitudinis discrepantia a solo situ nodi
[2] *am Rand* FIXAE

operosè per applicationem parallaxeos et refractionis inveni computatum. Ergo initium fuit h. 18°34′. *Progymnasmata* ponunt medium h. 20°29′ apparenti.

Calculus Tychonis, cui aeq: t. 7′14″ sub:

{...} ☉ 24.16. 0 ♎ ☽ 24.14.51 ♈ Lat. 8.10
Hora 20.24 aequali est vera ♂.'

{...} Dimidia duratio h. 2. 7.16 *XV, 24v*
Medium h. aeq: 20.24. 0
Initium h. 18.18. 7 aequali
7.25
h. 18.25.32 apparenti
Praevenit observationem circiter 10.

Calculo meo.

{...} ☽ 24.15.54 ♈ ♌ 23. 5.49 ♈
Requis: 24.15.38 ☉ 24.15.57
1.10. 8
Red: 19 Lat: 6′28″ Sim. 6.4

{...} Dimidia duratio h. 2. 8. 7
Medium 20.22 aequali
Initium h. 18.14 aequali
Aequatio t. physica 5½ add: Hic subt.
Ergo hora 18. 8½ tempore apparenti

Ita praevenit meus calculus observationem minutis 25½, quassaturque aequatio physica, quae tantam diversitatem efficit: nisi contra excipiam, quod alio tempore eadem et Tychonico calculo contingant.'

XX. Eclipsis Lunae anno 1596. $\frac{2}{12}$ Aprilis vesperi *XV, 25*

Observata est Uraniburgi in tribus observatorijs, quantum per nubes potuit. Initium enim latuit sub densis nubibus. At hor: 8°24′ tempore correcto ex stellis in uno observatorio, ut primum emicuit, quintam semidiametri partem deperditam prae se fert in picturâ, id est minuta circiter tria. In observatorio secundo post tria semis minuta pingitur pars quasi septima totius diametri: In observatorio tertio h. 8.28 pinguntur duo digiti. Igitur circiter horam 8.18 principium fuit aut uno vel altero minuto anterius propter ingressum ex obliquo. Et sic assumpsit illud Severinius. Circa h. 9.8 per nubes quasi dimidia Lunae pars in umbra videbatur, eoque vultu permansit aliquandiù invariato, cùm nubes eam subiere. Tandem h. 10°43′ detecta discessu nubium tota rotunda apparuit. Ita finis antecessit, incertum quantum temporis. Medium in *Progymnasmatis* exprimitur h: 9.29.

Calculus Tychonis, cui aequatio temporis 7′ sub.

{...} ☽ 23.13.13 ♎
☉ 23. 9.38 {...}
3.35 0.51.25 Latit.

{...} Scrupula def: 13.1 faciunt tantum quatuor semis digitos: cum sint observati sex.
Luna 6 minutis antea, sc: h. 9.16 aequali
seu h. 9.23 apparenti in ☍ ☉ fuit.
Dimi: dur: 1. 5.24
Initium 8.17.36 satis propinquum observationi.

Calculo meo.

{...} ☽ 23. 7. 4 ♎ ♋ 13.41.43 ♈
Req. 23. 8. 4 ☉ 23.10.28 ♈
9.28.45 Lat: 52.17 Simpl. 49.23
2.24 Red.
23. 8. 4 Requisitus.

{...} Dimidia duratio 1° 6′27″ Dig: 4°56′
9.16
Initium h. 8. 9.33 aequali Aequatio temporis physica est 19.50 subtra-
hic adde 19.50 henda
Initium h. 8.29.23 apparenti. Sequor igitur observationem sc: 13.'

XV, 25ᵛ In aequali tempore medij planè coincidunt calculi, quia magnam quidem aequationem versus perigaeum subtraho, at vicissim et terminum obscurationis maximae tantundem anticipo. Reliqua igitur sunt ex diversa ratione aequandi tempus. Quod si minuatur latitudo, ut defectus aequet digitos sex, tunc dimidia duratio fit longior, initium igitur observationi propius et Tychonicus illud praeveniet. Minuetur autem latitudo, si nodus hic antecedens promoveatur in consequentia.

Quando defectus colligitur major observato, locus est suspicioni, quod residuum lucidum ex causis opticis dilatetur. Hic contrarium fit. Si enim residuum ex causis opticis fuisset dilatatum, defectum adhuc majorem colligere debuissemus. Satis igitur fida est attestatio observationis, hac vice promovendum esse nodum.

XXI. Eclipsis Lunae anno 1598. $\frac{10}{20}$ Februarij

Haec ut multis in locis, ita magna etiam varietate est observata temporum et quantitatis. Incipiam ab incertioribus.

Gratij in Styria ego conscendi propugnaculum urbis, in quo, cùm instrumentis idoneis carerem, horam a media nocte tertiam in urbico horologio examinavi ad altitudinem Spicae 33°20′, unde prodit h. 3°25′. Sed immemor, mediantium coelum altitudines valde latè indicare, non satis benè mihi cavi. Etenim si vel unius gradus quadrantem peccaverit observatio, jam 7′ minuta temporis in dubio ponuntur. Exiguum hoc est, cùm illa nocte h. 6°47′ oriatur Sol, quòd sonante horâ 6, quod esset h. 6.25 secundum correctionem, Luna deficiens adhuc aliquot graduum altitudinem habuit, ut censerem, post tres horae quadrantes demum occubituram; quae censura si justa fuisset, horologium correctione nulla indiguisset. Sic igitur habuit horologium. Jam cum sonaret h. 4.30 nondum animadverti defectus initium, sed per nubes fieri potuit, ut tunc inciperet. Nam paulo ante h. 5 urbis Luna nondum ex dimidio obscurata penitus erecta stetit. Paulo verò post quintam dimidia diameter defecit, Lunâ jam resupinatâ. Paulo ante sextam tenuissimo cum lumine subduxit se sub nubes, adeo, ut videretur adhuc decrescere, lumen omne deperditura. Sesquihoram igitur laboravit hucusque in ingressu,

initiumque circa horam urbis 4°35′, correctione verò praedicta stante, circa horam 5.0
* fuit. Vid: meae *Astr. Partis Opticae* fol: 368.[1]

* Tycho Brahe tunc excesserat à Daniâ haerebatque prope Hamburgum in arce Ran- *XV, 26*
zovianâ Wandesburgo: ad quem Christianus Severini transmisit sequentem observationem Rostochij habitam à Wilhelmo Laurensbergio Doctore per altitudinem Arturi cum mediocri quadrante. Sed Severinius summam solùm perscripsit, dicens, quod saltem ex phasibus quibusdam ad ingressum et egressum consimilibus medium enucleaverit horâ 18°4′. At huic consignationi juncta est in protocollo alia, quam Tycho scribit ad se missam à M. Joachimo Radenicio, quae idem exhibet medium per consimiles phases ingressus et egressus, et per ejusdem Arturi altitudinem. Erat enim illa 55°12′, cùm quadrans in umbra esset; Et 54°32′, cum semissis; Et 53°14′ cum bes; Et 52°27′, cum dodrans. Inde nubes; at post medium, cùm iterum dodrans, altitudo Lunae fuit 2° exactè. Additur: respondere tempora, h. 4.44, 4.51, 5.9 et pro dodrantibus h. 5.18 et h. 6.49: Ut sit medium h. 6.3½. Videtur igitur illa ipsa esse observatio, cujus summam Severinius scripsit. Quod si comparaveris phasin semissis h. 4.51 cum meâ observatione h. 5 paulò plus, vel per correctionem h. 5.25 paulo plus: dabitur animadvertere differentiam meridd: inter Rostochium et Grätium vel 9′ plus, vel 34′ plus. Unde facile patet, nimiam esse meam correctionem, nec tamen nullam omninò statuendam: Tabulae enim requirunt circiter 17′.

Jam Tycho Wandesburgi, quod non amplius quam dimidio milliari Hamburgo distat alt: p. 53°46′, initium signavit altitudine superioris limbi Lunae 23°30′; itaque constituto visibili loco Lunae hinc elicuit h. 16°12′, quod esset Uraniburgi h. 16°25′ ex fide tabb: Quae comparata cum mea observatione h. 4.35 urbis, vel 5.0 per correctionem, ostendit differentiam meridd: 19′ vel 43′, quae discerne ex superioribus; nam tabulae ponunt 28′. At cum semissis obscuraretur, caput Ophiuchi à meridiano ad ortum fuit 26°24′; cum igitur sit ejus asc: recta 259°2′, erit asc: recta medij coeli 232°38′, hinc ablata asc: recta Solis 334°27′ relinquit 258°11′. Hora est 17°13′. Eadem verò phasis Rostochij h. 5°18′ visa scribitur, esset igitur diff: meridd: non major quam 5′, quàm tabulae faciunt 11.[1] Scilicet phasis ista semissis in umbra pro diversitate visus aliter ab alijs animadvertitur. Ecce post 36′ minuta scribitur superfuisse triens: at Rostochij post 18. Rursum post alia 3′ minuta superfuere scr: 9, id est ferè quadrans, Rostochij post alia 9 minuta.

Inde semper minor deprehensa est pars residua usque ad hor: 18.0; tunc dimensi sunt eam sc: 3: Ex eo ' rursum crevit, ut h. 18.48 esset quasi 10 minutorum. Comparatione *XV, 26ᵛ*
igitur cum hora 17.52, quando 9′ superfuere, veniet medium ante h. 18.20. Et Tycho quidem circa h. 18.0 medium incidisse opinabatur. Oritur ea die Sol: h. 19.0 in dicto horizonte. Atque ex hisce omnibus primum hoc habetur, superfuisse in maximo defectu adhuc scrupula 3, ubi tamen adduntur verba dubitationis *quae ullo*, inquit Tycho, *modo discerni poterant.* Deinde, quoad ipsum medium, illud lato modo fuisse inter h. 18.0 et 18.20; in *Progymnasm*: ponitur h. 18°7′. Opinor tamen circa h. 18.0 perperam aestimata fuisse residua sola 3′ respectu caeterarum phasium: Nam subitò apparuit residua pars major, et longa nimis videtur dimidia duratio à principio illo indubitato. Adde quod Rostochiana observatio medium suum h. 18.4 Wandesburgo transmittit in horam anteriorem. Huc accedunt observata sequentia.

* David Fabricius in pago Resterhavensi prope Auricum Frisia Orientalis initium eclipseos notavit altitudine Reguli 24°30′.[2] Ergo h. 16.1. Ita emergit differentia meridd: Wandesburgi et Aurici 13, quod proximè congruit mappis. Exinde cùm in maximâ obscuratione esset lucidi cornu residui latitudo erat aestimata 5′ minuta, sed quod obscu-

[1] *Randbemerkung* Wandesburgi et Rostochij differentia meridianorum
[2] *Randbemerkung* Resterhaven long:

rius esset lumen propter vapores circa horizontem, instrumento id metiri non potuit. FABRICIUS id contigisse ait hora 17°58½′: sed appingit phasin, in qua cornua sunt exactè prona et horizonti obversa: ex qua phasi certum est, id fuisse post medium, quia Luna in quadrante occidentali satis humilis erat. Atque id etiam congruit observatis. Si enim Rostochij medium fuit h. 18°4′, convenit secundum mappas, ut Aurici fuerit h. 17°41′.

MAESTLINUS verò et RITTELIUS, quod mireris, totalem observarunt.[1] Principium in altitudine Lunae 26°, unde elicitur hora 16.6. Ubi vides, quanto consensu cum mappis Tubinga media cadat inter Auricum et Hamburgum. In principio totalis obscurationis, omni vestigio lucis extincto, annotarunt alt: ☽ 13, id est h. 17.25; ex eo plus dimidio horae Luna in umbra, cum nubes eam eripuerunt. Credideris illos de alia eclipsi loqui, cùm aliorum observatorum consensu superfuerint aliquot scrupula: nisi ipsorum observatorum verba relinquerent locum dubitandi, num fortè loquantur de rubore illo, quem prae se fert Luna in lateribus umbrae. Itaque jam ante annos 18 in *Astr: parte optica* * super hac TYCHONIS observatione provocavi ad cap: V fol: scil: 218 et ad cap: VII fol.
XV, 27 275 1.25 ' et ad exemplum eclipsis proximè sequentis, de qua fol. 276 dicti libri. In hac exceptione contra observationem scrupulorum residuorum in lumine perstiti in prolegomenis *Ephem*: fol: 12, confirmatus exemplo eclipsis simili diversitate observatae, quae infra sequetur loco XXXV. Ne tamen quid in partem etiam alteram omittam: potest excipi etiam contra MAESTLINUM, lucem illam imbecillem seu verè residuam, sive etiam ruboris dicti, quae purioribus horizontibus movit observatorum oculos, eam, inquam, Tubingae in crassiori et aquoso aere sic delituisse, ut etiam mihi Grätij in consimili dispositione aeris sese subductura videbatur, sic ut observatores ex amisso in humore omnis lucis vestigio conjicerent totam in umbram immersam; Post semihorium verò non tam Lunam, ut quae latebat antea, sed ipsum illum coeli locum à nubibus densis tectum, sic ut non videre tantum, sed quaerere etiam Lunam desinerent. Hoc interpretamento relinquitur in incerto, restiterit quippiam in vero lumine necne: de quo infrà ex latitudinis observatione pronunciabitur.

Ultimus observatorum accedat GULIELMUS JANSONIUS, qui primus globos coelestes ex TYCHONIS restitutione fixarum sculpsit, rationumque observandi Tychonicarum peritus ex *αὐτοψία* fuit. Scheda ejus ad TYCHONEM transmissa habet schemata seu phases 14, cum appositis altitudinibus caudae Leonis, Alcmaria in Hollandia captis. In primo minutum unum abest, alt: stellae 42°15′. Tempus respondet h. 15.51. Merum igitur initium h. 15°49′. Et differentia meridd: Alcmariae et Aurici 10, Tubingae 15, Hamburgi 21, egregiâ fide mapparum.[2] Circa magnitudinem defectus schemata phasium pro TYCHONE loquuntur, sed solâ picturâ sine scripturâ, relinquunt enim 2′ ferè minuta, pulchro situs ordine à dextrâ per summum ad sinistram, sed per 4 schemata circa medium aequali ferè quantitate, ante et post subito magna, unde apparet, non tanta curâ intentum in quantitatem fuisse. Ultima phasis dodrantem habet in umbra, alt: Arturi 46°40′, de qua vide in meâ observatione: etsi jam magis fida est. Respondet igitur h. 18°40′. Et quia etiam in alt: caudae 33°30′, id est h. 16°56′ dodrans in umbra esse potuit, indicibus circumstantibus phasibus. Ergo medium caderet in h. 17°48′, quod Tychonico quam Rostochiensi medio propius quadrat.

De ijs quae TYCHO et FABRICIUS observarunt circa visam Lunae long: et latit: dicam inferius. Nunc ad calculum.

[1] *Randbemerkung* Totalem unus, alius partialem observat

[2] *Randbemerkung* Alcmariae, Aurici, Tubingae, Hamburgi diff: meridd:

Calculus Tychonicus, cui aeq: t. 8′ add:

(...) ☉ 2.32.47 ♓ ☽ 2.34.37 ♍ Lat: 24.33
Medium h. 18.11 aequali
3 apparenti ¹

(...) Hor: 1.54.46 Duratio dimidia *XV, 27ᵛ*
Med. h. 18. 3 apparenti
Initium h. 16. 8 Satis longè recedit ab observatione, scilicet 17′ minutis.
(...) H. 0°14′45″ Mora dimidia
Incidentia h. 0°40′.

Calculo meo.

(...) ☽ 2.35.37 ♍	♁ 7.43.11 ♓		(...) Dimid: dur: h. 1.50.35		
Requis: 2.33.28	☉ 2.32. 7		Medium h. 18. 7.35	aequali	
Differ. 2. 9	5.11	Lat. 28′45″	Sim: 27. 5	Initium h. 16.17	aequali
	1.21	Red.			
	2.33.28	Requisitus			

Propterea quod ego parvam aequationem post apogaeum subtraho, praevenit calculus meus Tychonicum 4½ minutis et paulò plus praeveniret, si non ratione obliquitatis viae Lunae vicissim aliquid adderem.

Aequatio temporis physica est 3′15″ subt: Ergo hic adde. Ita initium erit h. 16.20¼ apparenti. Hoc est observationi propinquius. Initium enim visum est h. 16.12, quod esset Uraniburgi h. 16.25.

Hic calculus uterque totalem exhibet eclipsin, qualem et Maestliniana tradit observatio. Sed quia haec supra in dubium est vocata, age videamus, si quid de Lunae latitudine fuerit observatum insuper, quod discrimen faciat inter totalem et partialem. Nam si vere superfuerunt aliquot in medio scrupula, oportet nodum ♈, qui hic sequitur Lunam, fuisse promotiorem in consequentia, latitudinemque majorem in septentrionem.

Igitur horis 4½ ante initium eclipsis centrum Lunae in meridiano (nondum tamen exactissimè invento) Vandesburgi visum est habere altitudinem 48°12½′, cui respondet parallaxis altitudinis 39′19″, vera igitur altitudo centri fuit 48°51′49″. Eadem verò nocte observata fuit alt: poli 53°46′. Vera igitur declinatio centri Lunae 12°37′49″.

Cum igitur h. 18.6½ Luna fuerit verè in opposito Solis, vel in orbitae suae 2°33½′ ♍, horarius verò Lunae a Sole sit 28.23, horis circiter 6½ conficientur paulo minus ¹ tres *XV, 28* gradus. Luna igitur in meridiano erit 12 circiter minutis citius quàm Solis oppositum: puta horâ 11.48. Temporis igitur intervallo emendato h. 6°18′ competit exactè arcus sub fixis 3°14′18″, ut in ipso oppositionis impetu, qui parum admodum remittit sex horis ante, ut Luna culminans verè fuerit in 29°9′ ♌ orbitae suae, paulò ulterius. Etsi verò tres distincti circuli sunt, latitudinis et perpendicularis in orbitam Lunae et denique meridiani, non est tamen hoc loco nimium subtiliter attendendum hoc discrimen, sed potest per positiones ad verum satis propinquè veniri. Nam declinatio 29.10 ♌ est 11°50′, Lunae fuit 12°37′49″. Si ergo Luna cum 29.10 ♌ stetisset in meridiano, inter ipsam et eclipticam in circulo declinationis interfuisset 0°47′49″. Sed quia posterius aliquid commediavit, id praeterpropter indagatur ex hac quantitate jam eruta, quamvis non verissima, exque angulo ad 29.10 ♌, qui est 69°30′. Itaque commediavit circiter 29°28′, cujus declinatio 11°42′ et verior arcus interceptus 55°49′, verior angulus 69°27′, quare latitudo vera secundum hunc angulum 52′49″ vel et uno minuto plus. Haec verò latitudo

requirit distantiam a nodo 9°35′. Hunc arcum si addideris ad locum Lunae praesentem 29.9, veniet nodus in 8°26′ ♍, quem ego computo in 7°44′ ♍. Certum igitur est, superfuisse minuta aliquot latitudinemque fuisse majorem. Nam si jam in ipsa maxima obscuratione promoveris nodum ulterius per 42′, ea foenerant in latitudine minuta circiter quatuor: itaque calculus meus relinquet in lumine sc: 3′20″, planè ut observarunt Tycho, Fabricius, Jansonius.

Eandem diligentiam adhibuit etiam Fabricius, paulo post initium dimensus distantias Lunae à fixis Leonis et Virginis, ex quibus computavit locum Lunae visum 1°19′ ♍, latit: visam 0°17½′ australem.[1] Hinc nos extricabimus parallaxes. Erat Sol hora 16°2′ in 2°28′ ♓, asc: recta ☉ 334.28. Ergò asc: obliqua horoscopi 305.[2]

{...} Parall. ☽ 59. 0 Si utamur logarithmo parallaxeos canonico

Parall: long: 13.16	72195	13459	
Verus ☽ 1.32.16 ♍	77050		
Parall: lat: 51. 34	406508	406508	
Visa lat: ang: 17. 30	555753	419967	
Vera lat. 34. 4 septentr:	13′ 17″	51½	

In hoc enim logarithmo est proportio sinuum minimorum, in illo proportio arcuum quidem sed minimorum, qui ut rectae considerantur.

Ergò etiam Fabriciana observatio redarguit latitudinem Tychonicam parvitatis, meâ
XV, 28ᵛ verò non adeò multò fit major. Nam quia abhinc usque ad medium eclipsis[1] Luna promovetur minus quàm uno gradu, sunt enim scrupula durationis dimidiae 52°19″, quibus adde motum Solis, fient 57′ fere, cùm tamen Luna non tam profunde fuerit in umbra eoque brevior hic arcus; quare minus quàm per 5 decrescit eousque latitudo, manet ergò in medio plus quàm 29′.

Hic tamen omittendum nequaquam est, distantias, quas indicat Fabricius, aliam exhibere latitudinem Lunae visam. Nam si centrum ☽ abfuit a secundâ in alâ Virginis 33.21½, et simul occidentalis limbus (septentrionalis potius) à cervice Leonis 11°8′, semidiametro Lunae 17½′, ut Fabricius tunc statuit, proinde centri 11°25½′, hinc sanè prodit locus centri visus 1°19′ ♍, ut rectè Fabricius: at latitudo visa fiet 0°1′ septentr:, proinde illa 17½′, quae exprimit Fabricius ventitans ea pro latit: visa australi, videntur hallucinanti excidisse, ut cum videret locum computatum in eclipticam incidere, censuerit semidiametrum Lunae 17½ hinc usque ad centrum in austrum porrigi, oblitus se jam antea adjecisse semidiametrum ipsi distantiae limbi 11°8′.

Si est, quod dico: tunc sanè totis 19′ minutis fiet major latitudo sept:, quàm ego computo, quod ut valde enorme fidem omnem observationi adimeret, nisi hac re conciliaretur, quod ejus magna pars refractioni, à nobis hic neglectae, tribui potest; cùm Luna fuerit humilior cervice Leonis. Ita fluctuantibus causis elevari posset hoc testimonium observationis Fabricianae, si sola esset, ut nobis tantum non commodet. Sed Tychonis observatio Lunae culminantis ob magnam ejus altitudinem manet seipsa vel sola fide dignissima. Itaque cedo tandem exceptione illa in proleg: *Eph*: anno 1617 adhibita. *

Quantum ad fixas, examinabimus eandem Fabricij traditionem.[3] Igitur visum est centrum Lunae abesse a secunda alae Virginis per 33°15¼′ in ecliptica, verè igitur (ablata parallaxi longit.) 33°2′. Quantum vero abfuerit a centro umbrae, facile colligitur ex eo,

[1] *am Rand* Fixae
[2] *Randbemerkung* Parallaxes sine tab: ang. casus 1, ut in XII.
[3] *am Rand* Fixae

quod non ultra minutum a principio eclipsis aberat observatio, cùm esset latitudo vera circiter 34 aut paulo plus. Fuit igitur distantia centrorum paulo minor quàm in calculo meo summa semidiametrorum, scilicet circiter 59. 0 – 14.730

34. 0 – 04.890

Ergo ☽ ante ☍ ☉ per 48.14 09.840

Si verò latitudo usurpetur 4 scrupulis major, haec longit: differentia fiet 3′ sc: brevior. Et quia Solem Tychonicus calculus ad horam 16.2, quod est Uraniburgi h. 16°29′, refert in 2°27′51″ ♓. Hinc ablata sc: 48′14″, relinquunt Lunae locum in 1°39′37″; vel si major latitudo fuit, 3′ sc: ulterius. Adde 33°2′, prodibit locus stellae in 4°41′37″ ♎, vel tribus sc: ulterius. At TYCHO ponit illam in 4°34′ ♎. Luna tamen ' hic fuit in nonnulla *XV, 29* refractione longitudinis, sic ut non tota 8′ vel 11′ scrupula locis fixarum adjicere audeam ob hanc solam observationem, nisi etiam aliae consenserint.

Ipse etiam BRAHEUS observavit Lunam ad fixas, sed ante initium, cum esset Luna circa nonagesimum ab oriente, carens parallaxi longitudinis. Estque hoc observationis summarium, quòd in altitudine Procyonis 17° centrum Lunae abfuerit à corde Leonis in consequentia gr: 6°0′ ad visum Vandesburgi. Hinc computabo et tempus et parallaxin longitudinis.

(...) Nonages. 0.40½ ♍
☽ circiter 0.20 ♍ Parall: lat: 43′25″.
Distantia 0.20½.

Cùm ergo Luna sit in ipsissimo nonagesimo cum parallaxi longitudinis nulla, quare visa distantia ejus a corde ☋, quae fuit g: 6°0′, eadem est cum verâ distantiâ.

Jam verò fidendum est horario Lunae a fixis. Nam quia cepit eclipsis h. 16°12′, asc: recta ☉ 334.27. Erat igitur A.R.M.C. 217°27′; prius verò 179°10′, ergo differentia 38°17′, vel h. 2°33′, quae cum horario 30′52″ capiunt portionem 1°18′43″. Erat vero h: 16°12′ Luna in contactu umbrae cum lat. 34′ aut paulò plus. Distantia centrorum erat 59.40 – 15.070 Respondet igitur longitudini 49′3″, vel tribus circiter sc: minus.
34. 0 – 04.890
49. 3 – 10.180

Locus ☍ ☉	2°27′45″ ♍		Latitudo ☽ visa australis 10′ et
	49. 3		latitudo cordis ☋ parvula 26′ sep:
Locus ☽ in principio	1.38.42 ♍	vel ultra	decurtabant distantiam nonnihil
	1.18.43		reductione ad eclipticam, ut sit
Locus ☽ verus tempore observ:	0.20. 0 ♍	vel ultra	5.58⅓.
	5.58.20		
Cor ☋	24.21.40 ☋	vel ultra.	
TYCHO in	24.15½ ☋	collocat.	

Et quia horarius, si peccat, magnitudine peccat, nam horis 5 ante medium et apogaeo vicinior fuit Luna et extra vigorem oppositionis, quare pro portione intervalli minus quàm 1°19′ subtrahendum; ita cor ☋ veniet adhuc ulterius. Satis igitur consentiunt hic FABRICIUS et TYCHO. '

XV, 29r

XXII. Eclipsis Lunae anno 1598. $\frac{6}{16}$ Augusti.

Wandesburgi Luna orta in tenebris, etiamque in crasso aere circa horizontem, ut videri expedite non posset. Cepit umbram egredi in altitudine inferioris limbi 3°0, centri 3°18′. Itaque correcto vero loco Lunae inque visum redacto per parallaxes et refractiones colligit SEVERINIUS tempus h. 7°51′. Exinde cum stella in eductione caudae Ursae esset alta 41°53′, limbus Lunae inferior 11°21′, visa est tota plena, splendidior tamen ab orientali parte. Arguitur h. 9.7½, quod etiam alijs fixis confirmatur, observata earum distantia a meridiano. Tempus igitur incidentiae fuit h. 1°16′.

Ejusdem eclipsis finem observavit etiam JOANNES CRABBUS, mathematicus Ducis Brunswicensis in arce Wolfenbutela prope Brunswicum, in altitudine Arturi 28°: horâ usuali scioterici 9°2′. Quodsi utamur altitudine poli 52°30′, elicitur hora 9°1′, quasi locus iste fuerit occidentalior Wandesburgo per $6\frac{1}{2}'$[1], cum tamen tabulae differentiam exhibeant contrariam minutorum 5′. Sed satis esto, quod authores intra 11′ minuta consentiunt, de minutiori verò praecisione major fides TYCHONI debetur: nisi tabula chorographica Germaniae hic insigniter peccat.

Hujus[2] eclipsis observationem prope Graecium Styriae habitam à me in suburbano reperiet lector in *Astronomiae parte optica* fol: 276, ubi pro Witebergae lege Wandesburgi. Feci et in prolegomenis *Eph*: ejus mentionem, praecipuè propter explicationem opticam ruboris, f: 12. Visa est autem egredi horâ 7°45′ urbis paulò ante, impleta est horâ 9.0, ubi tempus quidem emersionis idem est, quod annotavit BRAHEUS ab hora vitiosè indicata fuit à machinâ. Nam Wandesburgica observatio semissem horae insuper adjicere jubet. Occidit ea die Sol h. 7°1′ Grätij. In *Progymnasm*: medium est h. 7°37′.

Calculus TYCHONIS, cui aequ: temp. 9′24″ add.

{...}	☉ 23.20.10 ♌	☽ 23.22. 0 ♒	Latitudo 23.49
		Ante 4 minuta	
{...}	Dim: dur: h.	1.41.55	
	Dimidia mora	0.27.16	
	T. emersionis	1.14.39	{...}[1]

XV, 30

Ergò computo Uraniburgi h. 7°33′ apparenti obscurationem mediam; cui adde dimidiam durationem h. 1°42′, provenit finis hora 9°15′, quod esset Wandesburgi h. 9°3′, quàm proximè ut fuit observatum; tempore etiam emersionis consentiente: quod celebrat BRAHEUS in libris observationum ad eclipsin seq:

Calculo verò meo sic.

{...}	☽ 23.23.59 ♒	♂ 28.22.16 ♒		
Requis:	23.20.19	☉ 23.19		
	3.40	5. 3.16	Lat. 27′58″	Sim: 26.24
		1.19	Reduct.	
		23.20.19	Requisitus	
{...}	Dim: duratio h.	1.39.17		
	Dim: mora h.	0.29.36		
	Emersio h.	1. 9.41		

Medium cadit h. 7.40 aequali. Physica aequatio ☉ in 23° ♌ est 19′20″ add: Hic ergo

[1] *Randbemerkung* Wandesburgi et Wolfebutelae
[2] *Randbemerkung* Grätij

subt:, erit apparenter h. 7°20′40″ Uraniburgi; adde durationem dimidiam h. 1.39.17, provenit finis h. 9.0.0 Wandesburgi, secundum tabb: h. 8.48. Hoc igitur loco pulsatur aequatio temporis physica ab observatione Wandesburgica; stabiliretur à Wolfebutelensi, si esset authentica. Tempus emersionis provenit mihi paulò brevius ob minorem Lunae diametrum majoremque horarium. Nec tamen arguitur ab observatione, sed quadrat sic rectè ad exceptiones opticas, superioribus exemplis stabilitas. Etsi ne Tychonicus quidem emersionem observatam penitus expressit. Non nocuerit tamen hic observare, quod aucta latitudine, id est promoto ☊ nodo sequente in consequentia, tempus emersionis prolixius fiat, at simul duratio brevior, finis maturior, ubi discedimus ab observatione.[1]

XXIII. Eclipsis Lunae anno 1599 $\frac{30\text{ Janua:}}{9\text{ Febru:}}$ *XV, 30ᵛ*

* Observata est in pago LONGIMONTANO, qui uno milliari in ortum abest a Boveberga, promontorio Chersonnesi Cimbricae, quod est obversum oceano Germanico in occasum, ubi alt: poli 56°40′. Distantia ab Uraniburgo milliarium 40 Germanicorum, quia 10 milliaria sunt Viburgum usque. Quodsi milliaria 15 conficiant unum gradum circuli magni, sub hoc parallelo igitur 40 milliaria facient differentiam meridd: in tempore minuta 19′. Et sanè mappae ostendunt 18′.

Verba observatoris SEVERINIJ sunt ista: Deprehendi ex stellis tum meridianum transeuntibus, tum in eodem verticali constitutis eodem tempore (qua pragmatia fuit utendum, cùm instrumentis destituerer) deprehendi, inquam, principium deliquij hujus h. 3°28′ vel 30′ adeoque ex diligenti animadversione tum aliarum phasium, tum praecipuè ingressus ac primi exitus ex umbrâ, medium h. 5.30 vel potius quasi 3 minutis ante. Ergo dimidia duratio h. 1°59′, et emersionis initium h. 7.29, cum tamen Sol oriatur h. 7.32: ut verear, ne emersio nequiverit animadverti.

At TYCHO BRAHE tunc Witebergam usque venerat: ibi alt: poli 51°52½′. Initium igitur eclipsis fuit in altit: capitis Ophiuchi 30°5′. Supremi verò marginis Lunae 29°45′. Ex utrâque altitudine colligitur h: 15.54; sed fuit tunc aliqua defectus quantitas, ut ita 2′ minutis ante censeretur incepisse. Altitudine Aquilae existente 17°14′, id est h. 17°9′ tota Luna visa est in umbra et inferior ejus pars lucidior superiore. Tempus igitur incidentiae h. 1°17′. Plura non invenio observata, puto nubes ortas, quibus etiam FABRICIUS se excusavit. Sed ex initio constituitur differentia merid[1]: Longimonti et Witebergae 24′, proinde esset differentia Uraniburgi et Witebergae orientalioris 6′ ex supra allegata fide chorographiae Daniae; quod paulò plus est, quam chorographica Germaniae tabula concedit. Itaque non nimium inhaerendum est observationi Longimontanae.

Eandem eclipsin et CRABBUS observavit Grüningae 7 milliaribus a Wolfebuttelo versus euro-austrum. Igitur altitudo poli fuerit 52°20′, diff: meridd: Uraniburgi et hujus loci ratiocinatione per Rostochium et viciniorem urbem Magde[1] burgum factâ, circiter 5′ in occidentem. Initium notatur altitudine Spicae 27°, cordis ☌ 25°, hora 16°24′. Sed ex calculo per has altitudines hora provenit illic h. 16.37. Hic h. 16.40½, quod tempus secundum observationem in vicina Witeberga habitam cadit medium inter initium et totalem immersionem; ita haec observatio nullius est momenti. *XV, 31*

* Ego Grätij Styriae, ut in *Paralip: ad Vitellionem* fol. 249 indicavi, principium observavi ad horologium urbis h. 15°45′, cujus horâ 16 Jupiter circiter 6° gr: altitudinem habebat, horâ 16°15′ jam post montes abierat, nondum tamen sub horizonte. Et tunc nondum dimidium in umbra erat. Occidit ea die ♃ oriente 10° ♉; quando A.R.M.C.

[1] *Randbemerkung* Bovebergae, Viburgi, Uraniburgi, Witebergae differ: meridd:

14°32′. Sed A.R. ☉ in horis erat 21°34′. Occidit igitur ♃ h. 16.°28′, pro qua sonuit minus quàm h. 16°15′. Ita quadrans horae vel plus defuit indicationi temporis, quod illa observatione magis confirmatum fuit, quod h: 6.45 Sol oriri visus, at ea die h. 7.5 oriebatur: ergo eclipsis incepit verè hor. 16°5′. Quo pacto diff: meridd: Witebergae et Grätij esset non major minutis 13′, quod congruit ferè tabulis. Horâ urbis 5.0.0 tota mergebatur, id esset verè h: 5°20′. At hoc fuit TYCHONI Witebergae h. 5°9′. Diff: 11′ et tempus incidentiae h. 1.15. Plura de hac eclipsi vide dicto libro *Paralip: ad Vitell*: f. 275: Nam occidit Luna priusquàm ex umbra cerneretur emergere, et id meo tunc judicio circa medium obscurationis. Quomodo ad fixas sit observata, dicam ultimò.

Quodsi Longimonti medium fuit verè h. 17°27′, additis 18′, veniet Uraniburgi h. 17°45′. Et assumpta in *Progymnasm*: h. 17°50′.

Calculus TYCHONIS, cui aequatio temp: 9′36″ ad.

{...} ☉ 21.12. 4 ♒ ☽ 21.12.40 ♌ 13.49 Latitudo m.
Medium computatur minuto 1½ ante h. 18 aequalem.
{...} Dimidia duratio h. 2° 4′24″
Dimidia mora h. 0.48.55
T. incidentiae h. 1.15.29

Initium igitur h. 15.54.15 aequali, quod est h. 15°44′40″ apparenti (Uraniburgi eoque et Witebergae fere ex fide tabb:), praeveniens observationem; qua super anticipatione frustra turbatus est TYCHO, ignarus in alijs eclipsibus majorem esse.[1]

XV, 31ᵛ Calculo meo sic

{...} ♑ 18.58.29 ♒
☽ 21.11.37 ♌ ☉ 21.11.34 ♒
Requisit. 21.10.57 2.13.15[a] — Lat. 12°20″, simpl. 11.36
40 0.37 Red.
21.10.57 Requisit.
{...} Dimidia mora h. 0.56.52 Aequatio temporis physica,
Dim: durat. h. 2. 5.47 in 21 ♒ Sole versante, est nulla.
Tempus incid: 1. 8.55
Initium h. 15.53. 0 quia medium computatur minuto uno ante h: 18.

Quod autem tempus incidentiae brevius computo, id quadrat exceptionibus opticis, ut in priore, quae in hac eclipsi luculentissimè confirmantur illa relatione observationis meae, quam inserui in *Opticis* fol. 275 lin: 24. Est autem mihi brevius quam Tychonico, quia Lunae diameter brevior, horarius paulò longior.

Tentemus etiam, si quid haec eclipsis testetur de locis fixarum.[1] Sic enim observavi. Paulo post urbis h: 4.15, id est correctè h: 4.38 nondum erat obscissa dimidia pars circumferentiae, Jupiter tunc jam post montes abierat. Et tunc Luna transiverat lineam ex cervice in pectus ♌. Erat autem angulus inter lineas ex pectore ♌ et ex Luna in cor ♌ ductas rectus et triangulum ad sensum isosceles. Rursum post semissem horae exacte linea ex cervice per pectus in aliquam longè infra se valedicebat extremo margine.

Hic cum Luna habeat latitudinem veram australem non incertissimae quantitatis, facilè praeterpropter constituitur visa latitudo; quae cùm unum gradum superare non

[1] *am Rand* Fixae
[a] *richtig* 2.13.05

possit, quare aestimatam anguli rectitudinem ad cor tueri nequimus: at posita latitudine visâ, sequitur ex imaginatis rectis aliquis locus longitudinis.

{...}[1] Paral. 23′40″ Longit. 47′54 Latit. Vera latitudo 9. 6 cir:
Visa lat: 57. 0 aust:[1]

Jam quia cervix ♌ in 23.58 ♌ lat. 8.47 B. *XV, 32*
Et superior pectoris 22.19 ♌ lat. 4.50 B.
Differentia long. 1.39 latit: 3.55
Sed Lunae visa latit. 0.57 aust:
Differentia 9.44

Quia ergo 3.55 efficit 1.39 23.58 ♌
et 7.50 3.18 4. 6
9.44 198413 19.52 ♌
Ergo 1.54 — 253620 Ergò Luna fuit jam ultra hunc locum visibiliter,
452033 et addita parallaxi longitudinis verè fuit ultra 20°16′ ♌.
3.18 — 111967
dat 0.48 340066
Et 9°44′ dat 4°6′ ut in rectis

Et quia nondum deficiebat semissis circumferentiae Lunae, linea verò defectus est arcus introrsum flexus, quam proxime igitur deficiebat semidiameter, et centrum ante locum centri umbrae fuit ferè unâ semidiametro umbrae, quippe latitudo parva est: umbrae igitur centrum si colloces trans 43, veniet ultra 20°59′ ♌, sanè Sol hac horâ est in 21°8′ ♒ calculo Tychonis: ut probabile sit, etiam hac vice fixas circiter 6′ sc: promovendas, ne cogamur id, quo Lunae centrum superavit lineam dictam, nimium statuere.

Sed certiora pollicetur phasis altera, quae fuit post horae semissem.

{...} Parall: lon: 24′19″ Parall: lat: 49.32
10. 0 Vera lat.
59.32 Visa lat.

Luna semisse horae promovetur per 13′44″; sequitur ergo centrum umbrae per 29′16″ ex phasi antecedenti.

Et quia lat: visa est gr: 1 australis, stellarum verò altera in pectore habet lat: 4°52′ sep:, ergò differentia est 5°52′. Sed altera stella in Drace habet latitudinem 3°47′ austr: Differentia latitud: 8°39′; longitudinis differentia 3°40′. Si ergo 8°39′ dat 3°40′, tunc 5°52′ dabit 2°29′. Quod aufer de loco stellae pectoris 22°19′, relinquitur 19.50, cui adde parallaxin long:, provenit 20°14⅓′. Et quia dicitur Luna extremo margine lineam attigisse, fuit igitur centrum verè in 20°29⅓′ ♌, sed centrum umbrae per 29¼ ultra, ergo in 20°58½′ ♌, quod tamen calculo Solis in 21.9 ♌ collocatur. Fixae igitur sunt promovendae in zodiaco. Nec error in tempore quicquam nocere potest praeterquam parallaxi long:[1]

XXIV. Eclipsis Lunae anno 1601. $\frac{29\text{ Novemb.}}{9.\text{ Decemb:}}$ *XV, 32*[v]

* Hactenus eclipses eas absolvi, quas Tycho Brahe in catalogo posuit fol. 02 post 112 *Progymnasm*: Nec diutius vir ille supervixit, mortuus hujus ipsius anni 1601 Octobri

[1] *Randbemerkung* Parallaxis sine tab: ang. casus I, ut in XXI.

mense. Nam quae in Januarium anni 1600 incidit, ea Pragae coelo obscuro et ningido non potuit observari, nec alibi visam comperi.

Hujus verò praesentis observatio Pragensis descripta extat meae *Opt: Astr:* fol. 371. Initium h: 5.23, finis h: 8.35, medium h. 6.59. Cumque in *Progymnasm*: Lunarium fol. 131 pingatur et computetur defectus dig: 11 ferè, defectus tamen hic paulo minor visus est. Hor: 6.8 cornua in parallela horizonti, cùm deficeret plus dimidio; h. 7.54½ phasis erecta stetit. De fixa infra.

Crabbus Wolfebutelae[1] principium visum tradit h. 5.14, finem h. 8.24, medium igitur h. 6°49′, ex alt. oculi Tauri 14° et 40°30′. Diff: longitu: 10, tabulis 16.

Avarici Biturigum[2] principium est visum h. 4°15′, puto ad urbis horologia. Differentia meridd. ejus loci et Pragae esset h. 1°8′. Ponit loci longitudinem Jo: Temporarius mathematicus Gallus 21°, Tycho Pragae 38°, diff: 17°, seu planè h. 1°8′. Observator fuit Arminius Rittelius, nunc principi Wirtembergiae a secretis.

Calculus Tychonis, cui aeq: t: 4′15″ sub. nam in *Progymn*: Lun: fol. 131 excerptio est facta per locum Solis simplicem: ubi et diff: meridd: ponit 5′ minuta.

{...} ☉ 17.48. 7 ♐ ☽ 17.47. 9 ♊ Lat. 31′20″
{...} Sc: dim: dur: 55.45
Resid. 20.23 Dimidia duratio h. 1.34.51

Vera igitur oppositio h. 6.51.30 Uraniburgi, sed Pragae h. 6.56½ aequali: quod propinquè admodum accedit ad observationem. Et conveniunt caetera *Progymnasmatum* computo, excepta duratione, de qua monui in *Opticis* fol: 372.

Eandem et meo calculo computabo.

{...} ☽ 17.45.50 ♊ ♑ 24.14.38 ♐
17.50. 9 ☉ 17.48.29 — Lat. 35′35″, sim. 33′3″
4.19 6.26. 9
1.40 Red.
17.50. 9 Requisit.

Quinque minutis tardius repraesento maximam obscurationem, quam Tycho, tempore aequali. Aequatio physica 8′30″ sub: hic adde, ut sit medium h. 7.5½ apparenti.[1] *

XV, 33 {...} Digiti 11° fere Dim: dur: h. 1.31.42

Durationem computo breviorem Tychonicâ, cùm utraque sit brevior observatâ. Hic considera, quod minus in defectu fuerit observatum, quàm est in calculis, et tamen duratio fuit annotata longior; quae duo contradictoriè pugnant, nisi horarium bona parte minuamus, quod tamen non concedi potest. Igitur confugiendum est mihi ad causas opticas[3], quas explicavi recenti adhuc observatione ista, *Optic:* fol. 218 lin. 10. Nam * in aestimando principio et fine meum visum secutus sum. Mihi itaque citius incipere, tardius desinere visa est, hinc longiuscula duratio.

Quod verò quantitatem defectus attinet[4], videndum jam erit, quid de vera latitudine testentur observationes. Etenim spacio hor: 1°46½, cui de motu Lunae à ☉ competunt

[1] *Randbemerkung* Wolfebutelae long:
[2] *Randbemerkung* Bourges Galliae long.
[3] *Randbemerkung* Opticis ex causis duratio longior
[4] *Randbemerkung* Ex inclinationibus latitudo datis temporibus.

1°3′54″, de motu vero 1°8′20″ ac proinde mutatio latitudinis 6′18″, hoc, inquam, temporis spacio phasis Lunae deficientis à pronâ mutata est in erectam. Quodsi circulus verticalis per centrum umbrae secuisset umbram eodem in loco ad utrumque momentum, Luna quadrantem confecisset de circulo umbrae, et si tunc praecisè dimidia pars in umbra fuisset, tam umbrae ipsius, quàm latitudinis dimensio daretur. At quia et verticalis mutavit et Luna profundius in umbram erat immersa, major igitur nobis opera nascitur inquirendi tam nonagesimos, quàm angulos verticalis, quamvis hac vice parallaxes tractandae non sint. Horae erant prior 6°8′, posterior 7°54′.

{...}[1] Latitudo puncti in circulo umbrae ex angulo verticalis.

{...} Latitudo puncti in circulo umbrae ex completo anguli verticalis.

Vides exactissimè repraesentari debitam mutationem latitudinis Lunae, si utrinque centrum Lunae sta ' tuatur in ipso circulo umbrae. Et quia in posteriori angulus minor *XV, 33v*
est, a puncto igitur propriori ipsi ecliptico puncto fit numeratio quadrantis de circulo umbrae, quare arcus a duabus *διαχέντροις* resectus est 84°24′, dim. 42°12′ – log. 39 800

Umbrae semidiameter 49′11″ – 19 900

Ergo semissis quaesiti 33′ 1″ – 59 700

Ecce subtensa huic arcui prodit 1°6′2″; cùm horarius requirat ferè idem sc: 1.3.54, scilicet jure paulò minus: hoc est, quia in primo momento annotavi, plus semisse defecisse, itaque centrum Lunae non in circumferentia umbrae, sed interius fuit; in posteriori verò nihil est annotatum de quantitate defectus. Confirmatur igitur mea latitudo contra parvitatem Tychonicae, sed per meam semidiametrum umbrae paulò auctiorem. Nam priori momento latitudo fuit perquàm exiguo minor quam 33′6″: si enim defectus fuisset planè 7 digitorum, jam hoc potuisset discerni, et verò 1 digitus est $2\frac{2}{3}'$ scrupula et in latitudine vix 2′ sc: Abhinc vero minutis 51 sequebatur obscuratio maxima, quibus de motu ☽ respondent 32′ et his de lat. 2.43, ut sic in medio lat: fuerit exiguo minor quam 36′, cùm meus calculus exhibeat $35\frac{3}{5}'$.

Quod igitur pars in medio residua visa est major uno digito, id rursum ad causas opticas referendum erit[2], quae lucida solent amplificare, vide locum supra allegatum *Opt:* meae fol. 217. Sanè conveniebat, nos duarum rerum distinctarum, durationis longioris et residui majoris, remedium tale quaerere, quod utrinque juvaret. In astronomia enim et principijs calculi si id quaesissemus, altero juvando nocuissemus reliquo; gratulemur igitur astronomiae, latitudinem hac vice manere loco suo. Vide similia in XXVII.

Contuli etiam hanc eclipsin ad fixas.[3] Etenim minutis 11 postquam caput Andromedae in meridiano fuit, linea per cornua Tauri secabat cornu Lunae residuum ita, ut bessem ejus relinqueret supra, respectu verticis, et in meridie respectu cornuum inclinationis, trientem verò infra in septentrione, quod erat versus ortum.



A.R stellae	357. 0	Fuit igitur 7 minutis ante medium.
Minutis 11′	2.45	Horarius 38.32
A.R.M.C.	359.45	4.30.
A.R. Solis	256.44	☽ in medio erat in B orbitae suae gradu
	103. 1	17°50′9″ ♊, scilicet in illo ' *XV, 34*

Hora 6.52

loco, quem nobis ostendit calculus loci Solis et oppositae umbrae C reductione ad orbitam BD correctus: nam si A nodus, oportet in calculo meo CBA esse rectum, et ab

[1] *Randbemerkung* Angulum verticalis et eclipticae ex tempore

[2] *Randbemerkung* Opticis ex causis defectus minor justo, residua pars lucida major justo.

[3] *Randbemerkung* Locatio fixarum

AD aequali ipsi AC, auferre DB: ita B fit meta obscurationis maximae. Et quia aequales AC, AD, et CB perpendicularis ipsi DA et B locus centri Lunae in suâ orbitâ et BE perpendicularis in CA eclipticam, erit E locus Lunae eclipticus. Ut autem CA ad AB, sic AB ad AE; ex quo conficitur, cum CA et DA aequales sint, ut CE sit insensibili aliquo minor, quam dupla ipsius DB. Et quia A nodus est in consequentia, additum igitur reductionis duplum 3′20″ ad C locum centri umbrae 17.48.29 ♊; indicat E locum eclipticum Lunae 17°51′49″ ♊. Lat: 36.

Asc: obl: horoscopi	89.45		
Alt. aequatoris	39.54		
{...}[1] Parall. ☽ 1°	3′40″	44′54″ Parall: lat:	
Parall : long:	35′50″	36. 0 Latit: sept.	
	17.51.49	8′54″ Visa latitudo.	
Visus locus ☽	18.27.39 ♊		

Et quia fuerunt in medio, quod non longè abest, scrupula lucentia residua 2′42″, fiat sectio ipsius lucidi cornu in tria in parte cava. Ablata igitur 2′42″ de semidiametro ☽ 16.22 relinquunt 13.40. Hinc aufer visam lat: meridianam 8.54, restat suscepto Lunae puncto latitudo in septentrionem 4′46″. Longitudo subtensae huic cornu Lunae potuit esse 24′ summum, de qua pars tertia 8 et dimidia 12 differunt minutis 4. Tantum igitur punctum quod visum est in linea, sequebatur centrum Lunae. Ejus igitur visa longitudo in ecliptica 18°31′39″ ♊. Lat: visa 4′46″ bor. Cornuum vero longitudinis differentia 2°12′30. Latit. 7°34′ et superioris latitudo 5.24 bor. Differentia 5°19′14″. {...}

Hisce principijs conficitur differentia longitudinis 1°33′, stella igitur in 16°58′39″ ♊. At ponitur anno 1601 in 17.0 ♊: Hic igitur fixae vel rectè locatae essent, quia sesquiscrupulus ab hac observatione desiderari non potest, vel nimium essent promotae et retrahendae in antecedentia, cum ex eclipsibus annorum 88. 98. 99 contrarium apparuerit. Erant quidem illae post perigaeum Solis, praesens verò est ante perigaeum ejus.

Si lapsus essem scribendo, ponens bessem supra, qui erat infra, multò longius discederem a locis fixarum. Nihil igitur habeo, quod de observatione dubitem, stellae vicinae sunt loco eclipsis. Tale quid etiam post annos 18 in eclipsi anni 1619, quae fuit in eodem signo, deprehensum a me fuit.[1]

XV, 34ᵛ

XXV. Eclipsis Lunae anno 1602 $\frac{25 \text{ Maj.}}{4 \text{ Junij}}$

Extat observatio mea qualiscunque Pragae habita *Astr. part: optica* fol: 368. Etsi enim * horologium Tychonicum accommodavi ad altitudinem Solis 4°40′, quae dat h. 7.24, quando monstrabatur h. 6.43, incertus tamen sum, an non intermedio tempore steterit, ut solebat interdum. Cùm autem centrum Solis occidat eo die h. 7°58′ sine refractione, supremus verò Solis margo tardius circiter 2 minutis, rursumque tardius ob refractionem alijs 4 minutis: ita hora 8.4 circiter, vestigium iridis duravit usque ad Tychonicam 7.0, etsi Sol mihi post montem erat: simul nubes colore Solis occasum prodebant. Tunc crassae nubes conspectum Lunae orientis prohibuerunt, praesertim cùm immersa tenebris nullo luminis fulgore sibi ipsi adminicularetur. Intra minutum sonuit urbicum horologium horam 24. Inde hora una transijt cum minutis duobus, ut esset verè h. 9°6′, cùm primum ex nubibus aliquod Lunae vestigium emicuit, et post 11 minuta, sc: horâ 9.17, de rotunda Lunae circumferentia sexta pars in umbrâ restabat. Post 6 minuta

[1] *Randbemerkung* Parallaxis hinc tab. an: Casus II

nondum omnis desierat, sc: h. 9.23, at circumferentia omnis visa post 2 minuta, h. 9.25. Umbra spectabat infra Jovem. Exijt igitur cum exigua latitudine australi verâ.

Calculus Tychonis, cui aeq: t: 5′34″ sub.

{...} ☉ 13.40.35 ♊ ☽ 13.44.13 ♐ Lat: 3′46″
{...} Dimidia dur: h. 2°8′30″
Medium h. 7. 0. 0
Finis Uranib. 9. 8.30 aequali tempore
5.34
H. 9.14. 0 Apparenti
H. 9.19. 0 Pragae. Observatio dat h. 9.25

Latitudo[1] in fine exhibetur jam septentrionalis, at umbra infra Jovem spectans sensibiliter arguit meridianam fuisse. Nam etsi Jupiter habuit latitudinem gr. $1\frac{3}{4}$ septentrionalem, Luna per parallaxin lat: nonnullam meridianam, id tamen sensibile nequaquam est in longitudine arcus 60° gr: Non igitur in ecliptica, sed in austro desijt. [1]

Calculo meo sic *XV, 35*

{...} ☽ 13.41.21 ♐ ♋ 14.52.14 ♐
requisit. 13.41.46 ☉ 13.41.27 ♊
1.10.47 Lat. 0.6.31 simpl: 6.10.
19 Redu:
13.41.46 Requisit:

{...} Dimidia duratio h. 2. 6.30
Medium h. 7. 8
Finis h. 9.14.30 aequali Uraniburgi

Versus apogaeum aeq: parvam addo, et in loco ☉ abundo sc: uno; item et metae aliquid addo: hae sunt causae postventionis.

Aequatio temporis physica mihi est 10′40″ subt., hic adde, ut sit finis h. 9.25.10 Uraniburgi, et Pragae h. 9.30.10. Tantum supero observatum, quantum Tycho deficit. Et quia a medio ad finem sunt sc: 59′33″, abest verò ☽ a ♋ nodo per 1°10′47″; in fine igitur latitudo adhuc australis fuit, quod congruit observatae plagae umbrae. Melius igitur sto cum latitudine, quam Tychonicus.

XXVI. Eclipsis Lunae anno 1603. $\frac{14}{24}$ Maji

Diligenter est observata Pragae, extatque observatio descripta in *Astr: parte opt:* fol. * 373. Sed et alijs locis est observata.

	Initium	Finis
Mihi Pragae	h. 10.59	— h. 13.59 vel 13.56
Mario Patavij	h. 11.14	
Maestlino Tubin:	h. 10.40	
Frid: Rittelio Stuccardiae	h. 10.40	— h. 13.38

[1] *Randbemerkung* Ex plaga umbrae de latitudine judicare proximè nodos.

Crabbo in Allershem. 12 milliaribus a Wolfebutelo in occidentem h. 10.48 – h. 14. 4
Hydrae altit: 52° Spicae al: 2°
In tanta altitudine non benè arguit.

Hinc Patavium Praga orientalius per 15′, Tubinga occidentalior per 19. Allershem. occidentalius per 11. Et quia 12 milliaria sub hoc parallelo lat: 52.30 faciunt minuta 5′16″, ergo Wolfebutela occidentalior Pragâ per 6. Eclipsis XXIV dicit per 10. Eclipsis verò XXII multo occidentaliorem facit[1].

Potest et finis Crabbo objici, ut intelligamus, defuisse nonnihil ejus diligentiae. Nam quomodo duratio ipsi visa esset tam longa, contrà quam alijs. Forsan igitur cervicem ♌ pro Spica habuit in tanta humilitate, Spica sub nubibus forte latente.

Dignum observatu fuit, decem minutis antequam initium mihi videretur, jam me sensisse umbram appropinquantem, decemque alijs postquam finisset adhuc debilitatem luminis ☽ a me animadversam ex defectu vibrationis. Alij vero 5 minutis posterius annotarunt initium, quam ego. Reliqua infra.

XV, 35ʳ Calculus Tychonicus, cuj aeq: t: 8.13 sub:

{...} ☉ 3.18.28 ♊ ☽ 3. 7.21 ♐ 38.27 latit.
{...} Post dua minuta et plenaria ☍.
Medium h. 12.17
Duratio dim: 1.34.48 Dim: durat: h. 1.34.48
Aeq: tem. 8.13 Tota duratio h. 3. 9.36
5
Finis h. 14. 5 Pragae
Med: app: h. 12.30.12 app.

Atqui ego, qui plurimum, nihil ultra h. 3°0′ Maestlinus et Rittelius 2°58′, qui verò me observando juvit solum 2°52′ observavit. Sed de hoc posterius.

Calculo meo sic.

{...} ☽ 3. 8.24 ♐ ♁ 26. 6.51 ♎
Requis. 3. 7.46 ☉ 3. 9.34 ♐ Ante duo minuta fuit maxima obscuratio.
7. 2.43
Red. 1.48 Lat: 0.38.57
Requis. 3. 7.46 Simpl: 36.46

{...} Dimidia du: h. 1.33.50 Med. h. 12.13
d. du: 1.33.50
13.46.50 Uraniburgi aequali tempore.
15.33 Physica t. aeq: sub:, hic add.
Pro Praga 5
14. 7.23 Pragae apparenter
Medium 12.33.33. Uterque calculus proximum observationi tenet.

Quantitas quanta fuerit, neglexi annotare, sed sperabam posse de ea judicium fieri ex

[1] *Randbemerkung* Patavij, Tubingae, Stuccardiae, Wolfebutelae long:

inclinationibus. Nam in principio declinabat umbra ab infrà ad ortum gr: $45\frac{1}{2}°$, in fine ad occasum gr: 32 vel 30.[1] Computavi verò ad haec momenta {...}.

Verticalis ergo secavit umbram superius, initio versus occasum, fine versus ortum.
Adjunge inclinationes Lineae diacentrum 45.30
Anguli ecl: cum diacentro 22.55 {...}'
Erat verò summa semidiametrorum 62'11" vel 1°2'11". *XV, 36*

Hinc latera triangulorum.

Lat.	23'22".	Long.	55'16".	Lat. 45.57	vel 47'17".	Long. 38.34	vel 36.57
	46		1.50	1.31	1.34	1.17	1.13
	5		12	10	10	8	8
	24.13		57.18	47.38	49. 1	39.59	38.18
	Minor quam ex calculo			Minor quam ex calculo			

Vides autem omninò vitium esse in his inclinationibus.[2] Nam et latitudinis initialis a finali prodit nimia differentia, et horarius prodit nimius.

Cogitabam pulchra quaedam et artificiosa problemata texere, quae datis quatuor praecipuarum phasium inclinationibus, terminorum sc: tam durationis quam morae, insuperque vel diametro ☽ vel horario, reliqua omnia sumerent demonstranda. Sed deprehendi lubricum esse negocium observandi inclinationes in Luna exactè et minimo ex errore magnam ruinam sequi. Praetereaque stultum est, semidiametrum umbrae et alia permittere aleae tam periculosae exque minimis colligere maxima, cùm ea possis habere certiori viâ. *Ῥεχθεν δε τε νηπιον ἐγνω*, postquam plurimum temporis frustra perditum.

Aliâ igitur certiore via de quantitate defectus visi deque latitudine ☽ verâ in medio eclipsis ratiocinabimur.[3] Cùm enim detur horarius ex hypothesi fidâ, semidiametrorumque summa a priori, et duratio ex observatione: facile datur et arcus latitudinarius rectus in viam ☽.

Summa semidiametrorum 62'11" Antil. 16.360 Sc: def: 20.21 Digiti paulò minus 8
Horis dim: dur: observatae 1°29' de horario 31 debentur 46' 0 Antil. 08.960 diameter[a] ☽ 31.12
Lat: 41'50" 07.400

Major igitur prodit latitudo, quàm computamus, eoque nodus ☊ antecedens hac vice retroagendus est. Si verò adjutoris mei durationem sequerer, adhuc major fieret latitudo.

Sed inquiratur haec latitudo etiam per alias phases. Nam horâ 11.38 defecit dimidium. Fuit ergo centrum ☽ in circumferentia circuli umbrae, et fidei causa fuit annotatum h. 11.49, post 11 sc: minuta, de circumferentia Lunae decessisse dimidium; tunc igitur plus dimidio fuit in umbra. Cùm igitur ab h. 11.38 usque in h. 12.28, quando medium, supersint minuta 50, quibus debentur horario ☽ a ☉ 25'50", et umbrae semidiameter sit 46'35"[4], hinc latitudo ut prius in medio prodit 38'43", scilicet aestimatio cornu lucidi peccat excessu ex causis opticis. Sic cùm h. 13°29' et sic h. 1.1 post medium

[1] *Randbemerkung* Ex inclinatione umbrae latitudinem
[2] *Randbemerkung* Inclinationum praxis lubrica
[3] *Randbemerkung* Latitudo ex duratione et ex defectus quantitate et tempore
[4] *am Rand* 09.185
02.840
06.345
[a] *korr. aus* semidiameter

censeretur abesse triens diametri, eoque sexta pars diametri ☽ seu 5′11″ accesserint ad umbrae semidiametrum, ut esset distantia centrorum 51′46″, hinc et ex portione de horario 31′31″[1] prodit latitudo in medio 41′0″, ferè ut initio et fine confirmaturque finali observatione inclinationis ut certiori, fuit enim per eam lat: 47′38″ vel 49′.

Consideretur tamen etiam evidentissima inclinatio, quomodo illa consentiat cum medio. Ergò h. 12.25 Luna stabat cernua, demissis aequaliter cornibus. Erat in meridiano 9 ♐. Angulus meridiani cum ecl: 81° circiter, quae igitur ad eclipticam recta desuper inclinabat ad ortum gr: 9° circiter. Nec multo aliter fuit cum verticali Lunae et ea quae in centrum Lunae recta ad eclipticam. Luna igitur inaequitans umbrae centrum habuit in verticali, ergo ad occidentem, et sic ante medium fuit. Recte. At h. 12.44 jam occidentalius cornu elevabatur nonnihil; et ita fieri necesse erat et in ipso medio et post medium. Quia tamen haec elevatio non fuit insignis, additum enim est observationi nonnihil;
XV, 36ᵛ hinc observamus, partes Lunae non aequaliter [1] claras inclinationum fidem in dubium vocare.[2] Cujus rei argumenta etiam infra sequentur.

Observata est Luna et ad fixas.[3]

Hora 10°38′, minutis 11 antequam culminaret Jupiter, Luna nondum deficiens stabat in eodem praecisè verticali cum corde ♏, a quo tamen propter motum primum et parallaxin toto durationis tempore recessit iterum in occidentem, ut praecipuè apparuit horae 12.13, quando Luna nondum rectâ inaequitans umbrae spectabat cor ♏ cornibus, velut ex obliquo versus sinistram. Et h. 12°25′ disertè fuit annotatum, adhuc occidentaliorem fuisse corde ♏.

Luna 1°30′ horis movetur a fixis 1. 6.48
5.34
1. 1.14
3. 6. 0 ♐ Cum centrum umbrae esset in
2. 4.46 3°9′34″ ♐, meta obscurationis maximae, quam Luna tenuit in medio durationis, fuit in 3°7′46″ ♐, stans e regione loci ecliptici 3.6.0 ♐.

Latitudo aufert 5′37″ a lat: medii, quae per observationem est 41′50″.

{...} Parall. ☽ 62.11 Parall: lat: 0.52′50″
Longit: 24′ 0″ Vera latit: 36.13
Visa lon. 2.29. 0 ♐ ε Visa lat: aust: 16.37 εβ, αδ
Locus reductus ad eclipticum. Vera cordis ♏ 4.27. 0 γδ
Log. 262100 ——— 4.10.23 γκ



Ut igitur ε ad γκ, seu sc: 54′44″
sic angulus κ ad εγ 89180 Dist: a non: 53°36′ Log: 21704
seu sc: 24′36″ 351280 Angulus 65°47½′ ζεθ, 79954 Mesol.
9198 γεκ
εγ 1°52′30″ 342082
ε 2.29.18 ♐
Cor ♏ in 4.21.48 ♐

At Tycho id refert anno 1602½ in 4.15.0 ♐. Deprehenduntur igitur fixae a calculo

[1] *am Rand* 11.310
04.205
07.105

[2] *Randbemerkung* Inclinationes non fidas esse

[3] *Randbemerkung* Fixarum locatio.

motus ☉ promotiores, ut in eclipsibus annorum 89, 98, 99 cum biennio ante nimium essent promotae, sed in opposita zodiaci parte.

Hujus rei fidem periclitabor etiam ex h. 12.25 proxime medium eclipsis, quando locus ☽ in orbita 3°6′15″, reductus ad eclipt: 3°4′27″ ♐, cum lat: ex observat: 41′35″.

{…}	Parall: long.	7′15″	Parall: lat:	57. 0
	Visus ☽ locus	3°11′32″ ♐		41.35
		0.32.40	Visa lat:	0.15.25
		3.44.12 ♐		

Sic in hunc[a] locum referretur cor ♍, si ☽ in illius verticali fuisset. Refertur ergo ulterius. Rectè, et quidem plus quam semidiametro ☽.[1] Ergò ultra 4°2′ ♐. Nam si margo ☽ in *XV, 37* hoc verticali fuisset, hoc ego proculdubio notassem. Fine[1] eclipsis fuit angulus inter eclipticam et verticalem, ut supra computatum, 82°7′ et nonagesimus inventu facilis. A.R. ☉ 61.8, h. 13°57′ sunt 209.15. Ergo asc: recta M.C. 270.13. Ita erit 0.13 ♎ in M.C. Et nonagesimus paulo ulterius. Eoque distantia non: a vertice 63°26′, quanta potest maxima.

Quare parallaxis latitudinis secundum hanc 11 159
4036
414 759 — 0°54′20″.

Latitudo observata 46′ circ. Ergo visa lat. 8′20″ australis. Differentia a corde 4°18′40″ $\varkappa\gamma$.

Et quia parallaxis horizontalis 62.11 — 16.360
Et ista 54.20 — 12.490
03.870



Ergo long: totalis 30′15″ —— Log: 68 485
Dist: a non. 27 42′ 76 330
Parall: long: 14′ 6″ 144 815

Ad locum ☽ proximum 3°4′27″ eclipticum adde horarium ad h. 1°32′ a fixis 51′13″, provenit 3°55′40″ ♐. Et quia jam Luna in occidentali quadrante, aufer parallaxin longitudinis, manet 3°41′34″ ♐ locus Lunae visibilis.

Mesol: ang: $\vartheta\varepsilon\zeta$ 197 714
Log: $\gamma\varkappa$ 258 800
Log: 456 514 — 0°35′50″ $\varepsilon\gamma$ aufer a
3.41.34 ♐ loco viso ☽
3. 5.44 Locus cordis ♏, si

Luna in ejus verticali ultimò stetisset. Sed quia non est annotatum, reversam illam esse in ejus verticalem ante finem eclipsis, praesumitur igitur, cor ♏ fuisse ulterius. Certe enim si in eodem eclipticae loco visae essent, Luna occidentaliorem tenuisset verticalem. Et vicissim, si in eodem stetissent verticali, oportuisset Lunam in ecliptica fuisse 35′50″ ultra locum eclipticum cordis ♏.[1]

[1] *Randbemerkung* Alia via particularis discernendi parallaxes
[a] hoc *Kepler*

XV, 37ᵛ XXVII. Eclipsis ⟨Lunae⟩ anno 1603 $\frac{8}{18}$ Novemb:

Extat observationis meae Pragensis descriptio *Astron: part: opt:* fol: 412. Ex culminatione fixarum notavi principium hora 6.21, finem h. 8.17. Duratio igitur h. 1.56, medium h. 7°19′. Incepit deficere circiter 65° gr: a vertice ad sinistram, aestimando, desijt ab eâdem parte sinistra, id est, non planè in vertice. Defecit minus quartâ diametri, parte circumferentiae inter trientem et quadrantem, quod priori observationi consentit.

Calculus Tychonis, cui aeq: tempor: 9.21 sub: Plena ☍ H. 7. 6
{...} ☉ 25.57.46 ♏ ☽ 25.54.38 ♉ 49.38 Lat: aust. Aequ: t. 9.21
{...} Duratio dim. h. 1.1.50 Plus quam 3 digiti Pro Praga 5
Pragae t. appar: H. 7.20.21

Calculo meo sic

{...} ☽ 25.55.26 ♉ ☊ 16.41.57 ♏
Requis: 25.55. 6 ☉ 25.57.27
9.15.30 Lat. 51.5, Sim: 48.13
Red. 2.21
Requis: 25.55. 6

{...} Dimidia duratio h. 1°6′48″ Aequatio physica est 0′48″ subt., hic add:
Paulo minus 4 digitis Ergo h. 7. 0. 0 app.
Pragae 7. 5 apparenti.

Non assequor 14 minutis observationem, 15′[a] calculum Tychonis et pulsatur hic aequatio temporis physica. Nam citra temporis aequationem solis 6 minutis a Tychonico discedo, quia minorem aequationem post apogaeum subtraho, plus id efficeret in tempore, nisi reductio ad orbitam Lunae aliquid compensaret.

In duratione verò et in quantitate uterque calculus superat observata, quare latitudo major et nodus ☊ antecedens magis in antecedentia promotus hic requiritur. Nec enim licet mederi diminutione diametri umbrae, ut quae in Tychone oppido est parva jam anteà. Datur verò etiam ex inclinatione periculum latitudinis facere.[1] Nec enim adeò incerta est inclinatio, cum umbra summo vel imo puncto corporis Lunae imminet in extremis durationis. {...}'

XV, 38 Angulus orientis 44°9′ Compl: 45.51 – Mesol. 2967
Et quia nonag: 23°10′ ♈, ergo ☽ abest 36° – Logar. 53139
Ergo angulus verticalis et nonagesimi 60.16 – 56106

Summa igitur semidiametrorum 61.7, secundum hunc angulum distributa in longum et latum, dat latitudinem in fine 53′5″, siquidem umbra praecisè fuisset in ipso vertice, majorem verò, quia declinavit adhuc umbra ad sinistram. Et quia summa semidiametrorum in Tychonico tribus scrupulis minor est, latitudo quoque prodibit circiter 50′ et paulo major. Esset igitur in medio 46$\frac{1}{3}$ minor, quam Tycho computat. Ita haec observata inclinatio commensurationem insuper Tychonicam adoritur: meam relinquit intactam, sed tamen majoris latitudinis, quod expectabam, non plenam fidem facit.

[1] *Randbemerkung* Latitudo ex inclinatione umbrae et tempore
[a] *bei Kepler Korr.*

Quia igitur inclinatio non planè determinata est, age subsidio nobis veniat horarius.[1] Observata dimidia duratio est 58′, scrupula dim: durationis 29′1″.

{...} Summa semidd. 61. 7 — 15.800
29. 1 — 03.560
Latit. 53.46 12.240 Ecce consensum

Nam si Luna accipiat scrupula durationis ex observatione et horario ☽ à ☉, latitudo extruitur sanè major, quàm si finis eclipsationis in ipso vertice ponatur, eoque oportet declinaverit a vertice Lunaris disci ad sinistram. Haec enim latitudo 53′46″ competet ipsi medio facietque angulos 28°21′ et 61°39′, si rectus formetur ad orbitam Lunae, sed ipsius orbitae ad eclipticam inclinatio addet alios 5°18′, ut sic linea per centra cum verticali formet angulum 6°41′. Consentiunt igitur inclinatio finalis, duratio et quantitas ad latitudinem calculi augendam retroactu ☊ nodi.

Eclipsis XXVIII anno 1605. $\frac{24 \text{ Martij}}{3 \text{ Aprilis.}}$

Hanc David Fabricius observavit sub meridiano civitatis Emdensis in pago Ostela, ubi alt: poli 53.38.[2] Initium ex altitudine Sirij 17° fuit h. 7°16′. Finis ex altit: Arturi 46°25′ h. 10°31. Duratio igitur h. 3.15 et medium h. 8°53′30″.

* *Reliqua*, inquit, *lucis particula* (in media duratione) *aestimativè digitum unum aequabat, at difficilè fuit internoscere. Diametrum Lunae sextante* instrumento prodidit 34′30″ et *cum cornua erecta stare viderentur, altitudo Sirij fuit* ipsi 13°35′.

Maestlinus Tubingae initium notavit alt: Art: 18°12′, id est h. 7°20′30″, finem h: 10°40′30″ ex alt: Art: 50°20′, ubi duratio h. 3°20′. Confirmat eandem et Rittelius.

* Ergò medium h. 9°0′30″ libello *De irregularitatibus motuum* fol: 89. Differentia meridd: 7′ ferè ut in eclipsi XXI anno 1598. Defectum digitorum 11°40′; addit quidem *ex observatione*, [1] sed simul addit etiam *ex computatione per inclinationes tempore ingressus et egressus*, quae observatio, ut supra dixi, lubrica est. *XV, 38ᵛ*

Crabbus Wolfebütelae initium notavit altitudine Spicae 4°, ergò horâ 7°24′; finem alt: ejusdem 26, ergo hora 10°48′.[3] Duratio hinc 3°24′ et medium h. 9°6′. Differentia a Tubinga 5′30″.

Ego Pragae initium h: 7°38′, finem h. 10°55′.[4] Duratio h. 3°17′, proximè ut Fabriciana: Medium ergò h. 9°16′30″. Differt igitur Praga à Tubinga per 16′. Quoad quantitatem hora: 9.4 cornuum linea vix erat imaginabilis ob exilitatem cornu. Rursum hora 9°7′ annotatum, superfuisse inaestimabile aliquid. Et tamen horâ 9°19′ proximè medium superstes locus circumferentiae fuit agnitus, sic ut linea ex illo per centrum ducta incideret in praecedens genu Bootis, quod erat indicium medij. Ac proinde cùm 12′ et 15′ minutis antè tam parum superfuerit, omnino consentaneum est, ultimam lucem Lunae ex Sole circa medium desiisse in ruboris gradum altissimum[5], sic ut inter extinctam puram ex Sole lucem et hunc ruborem à refractis Solis radijs ortum discerni non posset articulus transmutationis; itaque penitus immersa esset Luna in umbram, quamvis videretur aliquid superesse, quod Maestlinus triente digiti, Fabricius digito aestimavit; ille, ut apparet, comparatione phasium propinquarum, de quibus ego; iste nudi ruboris

[1] *Randbemerkung* Alia ratione latitudo ex inclinatione et horario.
[2] *Randbemerkung* Embdae, Tubingae long.
[3] *Randbemerkung* Wolfebutelae long:
[4] *Randbemerkung* Pragae longit.
[5] *Randbemerkung* Luna verè tota deficiens, quando residui quid habere putatur.

intuitu, qui quod gradatim obliteraretur in meras tenebras internosci à FABRICIO difficulter potuit. Ita hic aliter pronunciandum, quàm suprà ecl: XXI, super eadem observationum diversitate. Et infra pluribus haec exceptio confirmabitur exemplis: ut eclipsi XXXVI anni 1616.

Calculus TYCHONIS, cui aeq: t: 4.33 sub:

{...} ☉ 14.10.46 ♈ ☽ 14.12.20 ♎ 28.30 Latitudo
64. 2
Ante tria minuta fuit oppositio 35.32 Sc: defectus
35.44 diameter[a] ☽ Proximè totalis.

{...} Dim: duratio h. 1.38.42

Ita haec eclipsis ex calculo TYCHONIS valde propinquat observationi temporis et durationis et quantitatis.

Calculo verò meo

{...} ♌ 20. 6.42 ♎
☉ 14.11.37
5.55. 5 Lat: 32′45″ Simp: 30.28
1.32 Red.
14.13. 9 Requis.[1]

XV, 39 {...} Scrup: def. 32.40 Dimidia duratio H. 1.35.28
diameter[b] 32.34 Fit totalis praecisè Aequatio t: physica est 17′50″ subt:, hic add:
Post 8 minuta.

Hic sequitur meus calculus Tychonicum ratione temporis medij quidem minutis 11, non tantum enim metae addo pro reductione ad orbitam, sed etiam auctam aequationem subtraho.[1] Et quia hic ad medium tempus additur aequatio physica major quàm TYCHONI, differentia calculorum emergit 24 et calculus meus 21 minutis superat tempus observationis. Pulsatur aequatio temporis physica.

Quoàd durationem, ea mihi prodit non longa satis et minor Tychonicâ, etiamsi majorem umbrae semidiametrum habeam. Nam Lunae semidiameter minor summam semidiametrorum non multo facit majorem; latitudo contra duobus nominibus mihi major, cum illa summa pauciora jam producit scrupula durationis, quae conficiuntur ab auctiore etiam horario. Et tamen eadem in utroque calculo quantitas defectus, quia mihi simul augentur et latitudo et umbra.

Cum itaque durationem observatam non assequar, id indicio est, Lunam profundius mergendam in umbram: nec quicquam obstabit observatio, ut in qua falsa lux pro verâ fuit agnita, ut supra dictum. Sit dimidia duratio, ut observavi, h. 1°38′30″. Ergo scrupula durationis 58.25 {...}

Quae[2] cum summa semidiametrorum comparata, requirunt lat: 29′25″, ita margo ultimus ad 3 minuta recessisset ab umbrae termino: quanto plus autem, si Maestlinianam et si CRABBI durationem sequerer? Hinc igitur discat, qui minutias exigit, quanta circa eas occurrat varietas. Hic enim, si durationem spectem, nodus ♌ sequens petit retroagi, sin quantitatem, promoveri. Praestat hic confugere ad visus conditiones. Tale quid enim etiam in XXIV anno 1601 observatum est.[1]

[1] *Randbemerkung* Nota eclipsis ☽ in 14½ ♎ maturior.
[2] *Randbemerkung* Difficultas in concilianda quantitate cum duratione
[a, b] *Kepler* semidiameter

XXIX[a]. Eclipsis anno 1605 $\frac{16}{26}$ Septembris *XV, 39ᵛ*

Fabricius ad urbem Embden Frisiae, cum duo circiter minuta deficerent, altitudinem invenit 8°20′, unde habetur hora 14.55, ut initium fuerit h. 14.51. Maestlinus Tubingae inter nubes idem initium, quantum dabatur, signavit altitudine ejusdem Sirij 13°, unde hora 15.6 et differentia meridd: 15, multo plus quam in antecedenti. Tabulae dant 9.[1] Etsi in *disputatione De irregularitatibus* fol: 19 perperam exprimitur hora 15.34. Occidit Luna lumine nondum repleta, ergo duratio longior quam h. 2°46′. Pragae quidem serenum non fuit. Rittelius Stuccardiae et indice hoc Marius Hailsbronnae, Crabbusque Wolfebutelae consentiunt, quod mireris, in eandem absurdam observationem, quam ut nimis maturam omitto, majoris facio dictorum mathematicorum annotationes, de quibus mihi certius constat. Et Crabbus altitudine Hirci usus est gr: 70° permagna. Idem et finem eclipseos annotavit h. 17°58′ in altitudine ☽ dimidij gradus, cùm eo die Sol oriatur h. 17°52′, refractè maturius, atqui orto jam Sole Lunam in tanta ad horizontem propinquitate, coelo nubilo, videre et simul discernere, an exactè impleatur, omninò lubrici res est negocij. Et Maestlino occidentaliori occidit Luna nondum repleta.

Calculus Tychonis, cui aequatio temp. 1′18″ sub.

{...} ☉ 3.52.55 ♎ ☽ 3.56.20 ♈ 33.12 Latit. {...} Dimidia dur: h. 1.38.47.

Medium h.	16.37	
Dimidia d: h.	1.38.47	
Initium h.	14.58.13	aequali
	1.18	Hic add.
Pro Tubinga	11	Subt:
H.	14.48.31	Tubingae appar:
Pro Embda	20	Utar
H.	14.39.31	Embdae

Dissidet ab observatione, tempus ejus antevertens minutis 10 vel 17.

Calculo meo sic

{...} ☽ 3.54.13 ♈ ♌ 10.46.30 ♎

Requis.	3.54. 7	☉	3.52.20
			6.54.10
			1.47 Red.
	Requis.		3.54. 7
			38. 9 Lat.
			36. 1 Sim: {...} Dimid: dur. h. 1.36.36

Medium h.	16.44	
	1.36.36	
Initium	15. 7.24	aequali
Aequatio physica	12.10	Add: hic subtr.
	14.55.14	Uraniburgi app:
H.	14.44. 7	Tubingae
H.	14.35	Embdae et Ostelae

[1] *Randbemerkung* Embdae, Tubingae long:
[a] *Kepler* XXVIIII

Tardior est calculus meus medius Tychonico[1], quia magnam aequationem addit. Cum hoc igitur et cum aequatione temporis physica plane assequor calculum Tychonis; aberramus verò uterque ab observatione. '

XV, 40 XXX[a] Eclipsis anno 1607 $\frac{\text{26 Augusti}}{\text{5 Septemb.}}$

Pragae per nubes properatis occasionibus observavi paucula ista. Principium h. 14°23′ usuali arcis in ipso vertice corporis Lunae. Post 35 minuta horologij domestici fuit altitudo oculi Tauri 45°37′. Et cum staret gradus 37° horizontis in meridiano, stella erat in ejus gr: 20. Itaque verum azimut 57° a meridie in ortum.

Cum deesset quarta circumferentiae, 23 minuta effluxerant a principio. Notatum etiam ante initium minutis 46 nostri horologij, quod tunc Jupiter vicinus meridiano fuerit in eo verticali, in quo Luna horâ 12 arcis.

Igitur ex altitudine oculi ♉ tempus elicitur. At ex azimutho sic[2]

{...} Ergò mane hora 14.58
Hinc aufer minuta 35
Erit initium hora 14.23 Hic initium h. 14.4, nam hoc azimuth requireret altitudinem oculi Tauri 43.11. Vides ergo falsam et inutilem esse observationem azimuthi.
{...}

[...] Confugiamus igitur ad horologium arcis. In eo Luna culminavit horâ 12°, cum esset circiter 1°45′ ante ☌ ☉. Verè igitur erat hora 12°7′. Horâ 1 arcis horologium meum moveri cepit a minuto 41. Cum deinde culminaret Jupiter, meum 18′ minuta monstrabat. Erat A.R. ♃ 6.24, sed A.R. ☉ 155.41, igitur h. 14.3. Hactenus igitur non bene motum erat alterutrum, sed intermedio tempore constitit nostrum. Ita initium recidet in h. 14°49′: quod tempus medium est inter illa, puto et magis fidum ob consensum. At cum hoc fuerit minutis (horologij nostri) 23 post quàm sonuisset h. 14 arcis, quae verè erat 14.7, fuit igitur hoc horis 14.30. '

XV, 40ᵛ Pro augenda Sciametria exercitatio *

Dato tempore et summa semidiametrorum et inclinatione umbrae principij vel finis, datur differentia long: et diff: lat.

Vel dato tempore et inclinatione principij vel finis, datur proportio summae sdd: ad lat: et diff: long.

Data duratione, datur proportio scc: dur: ad horarium; dato et horario dantur scc: dur.

Datis inclinationibus extremis et duratione et plaga nodi, datur tempus et latitudo utraque proportione ad summam semidiametrorum.

Datis enim inclinationibus extremis, datur differentia [3]ex duratione verò mutatio anguli ad verticalem[3], ejus dimidium et ablatis 5°18′ residuum et hujus complementum, hinc situs ecl: ad vertic. et gr: 0.20′ cir. Data vero duratione, dantur sc: durationis. '

[1] *Randbemerkung* Nota eclipsis ☽ in 4 ♈ tardior.
[2] *Randbemerkung* Ex azimutho tempus
[3-3] *Hinzufügung*
[a] *Kepler* XXIX

XXX Eclipsis Lunae anno 1607 $\frac{26 \text{ Augusti}}{5 \text{ Septem.}}$ *XV, 41*

Pragae per nubes properatis occasionibus observavi ista.

Horâ arcis 12 culminavit Luna; quae cum fuerit ante ☍ ☉ gr: 1°45′ circiter, verè igitur fuit h. 12. 7, quam correctionem horologij observabo in sequentibus. Horâ arcis 13 index horologij mei domestici monstravit 41. Inde fluxerunt minuta 37, cùm Jupiter in azimuto 37° instrumenti fuit. Ergo cùm 31° azimutum instrumenti staret in meridie, jam ♃ in vero azimuto 6° ad occasum fuit. Perperam additum, tunc illum culminasse ibi, ubi horâ 12 Luna. Nam hoc si esset, hora tantum 13.30 prodiret, cum sit hora 13.44.

Horâ arcis 14 rursum index meus erat in minuto 41. Post 23 minuta, quod esset secundum culminationem Lunae h: 14°30′, initium visum in ipso Lunae vertice. Post tria minuta jam agnosci potuit aliquis defectus, parum ad dextram. Post alia 20 minuta quarta circumferentiae pars defecit. Post alia 12′ minuta fuit altitudo oculi Tauri 45°37′, quadrante collocato in azimutho 20° ad ortum in numeratione instrumenti, cujus tamen initium non erat in meridiano, sed 31° contigui quadrantis. Itaque inter meridianum et verticalem erant 51°.

Paulò post horâ arcis 15 in meo horologio monstrabatur min: 42 et post unum quadrantem arcis minuta 57′. Ita vides constantia fuisse horologia.

Hinc pro tempore eliciendo

{...} Paulo aliter ex azimutho nonnihil vitiato.

Ergo horâ	14.58	vel ex az: h.	15. 0.30	
Hinc aufer interme:	35		35	
Initium ex alt: st: h:	14.28	Ex az: st: h.	14.25.30	

Satis igitur confirmatum est initium h. 14.29. Et quia in 23 minutis minus obscuratum fuit, quam quarta diametri, parvus igitur defectus fuit.

Uraniburgi igitur fuit h. 14°24′ apparenti, et quia Tychoni aeq: t. est 5′24″ add:, quare medium tempus Uraniburgi est h. 14.29.[1]

Calculus Tychonis *XV, 41ᵛ*

{..} ☉ 12.48.58 ♍ ☽ 12.48.21 ♓ Lat. 51.43

{...} Dimidia duratio h. 1.5

Vera ☍ h. 15.30 aequali

Aufer h. 1. 5

Initium 14.25 aequali Uranib: apparenti Pragae. Exacte satis ut observatum.

Calculo meo sic.

{...} ☽	12.50.54 ♓	♎	3.13.55 ♍		
	12.45.29	☉	12.47.54		
	5.25		9.34		
			2.25		
			45.29	Lat. 52.46	Sim. 50.58

{...} Dimidia dur. h. 1°5′35″. Ergo hora 15.18½

Aufer 1. 5½

Initium 14.13 aequali.

Praevenio Tychonicum et observationem 12 scrupulis, et quia demo aliquid metae et

quia magnam aequationem addo. At aequatio physica 17′48″ add., hic subtrahenda, cumulat planè 30′, itaque pulsatur hic aequatio physica.[1]

Probetur etiam consensus inclinationis cum latitudine

Asc: recta ☉ 164.9. Sit A.R.M.C. 29.0. Ergò asc: obl: horoscopi 119°.[2]
{...} Latitudo 35′40″ Long. 55.10.

Ecce si in principio umbra stetit praecise in ipso vertice Lunae, tunc intervallum lon-
XV, 42 gitudinis fuit 55′10″, cùm tamen scrupula durationis dimidiae com'putem tantum 39′3″. Vicissim latitudo vera fuisset 35′40″, cum tamen latitudo computetur 52′46″.

Sit igitur differentia longitudinis 39′; logarithmus 447 900. Hinc aufer logarithmum summae semidiametrorum 395 800, restat 52 100; log: arcus 36°26′, cujus complementum 53°34′.

Log. 21 750 Lat: 52′50″ Haec quidem consentirent calculo. At
395 800 quia angulus diacentri cum ecliptica est
417 550 53°34′, angulus verò verticalis cum eâdem tantum 37°39′, angulus igitur diacentri cum verticale esset 15°55′. Ita umbra declinasset a vertice ad dextram fere 16 gr:, quod certè esset non parum, ut annotatum 3 minutis post initium, sed vicesima quarta pars de circulo disci Lunae.

XXXI Eclipsis Lunae anno 1609. $\frac{9}{19}$ Januarij

Crabbus Wolfebutelae principium notavit altitudine Spicae 12° et horâ 13°10′ scioterici, et sanè haec altitudo dat h. 13°8′; finem alt: Spicae 25, horâ 16.24 scioterici. Verùm haec inter se multum dissentiunt. Nam haec altitudo dat h. 15.38: scilicet ipsa Spica in meridiano nequijt altitus assurgere, quam 28°45′, itaque parvus error in altitudine multum efficit in tempore. Esto tamen principium h. 13.8 et duratio h. 3.16, medium h.14°46′.

Calculus Tychonis, cui aeq: t. 8′50″ ad.

{...} ☉ 0.19. 4 ♒ ☽ 0.21.58

Dimidia duratio h. 1.44.5 {...} Lat: 0.30′28″
60. 7
Sc: def. 29.39 Non totalis

Hora 15.16 vera opp:
Aufer h. 1.44
Initium h. 13.32 aequali Uranib:
Aeq: t. 8.50 hic sub.
h. 13.23
Pro diff: m. 10 ex fide tabb:[3]
Wolfebüt. h. 13.13

[1] *Randbemerkung* Nota Eclipsis ☽ in 13 ♓ tardior
[2] *Randbemerkung* Parall: sine tab. casus III
[3] *Randbemerkung* Wolfeb: long:

Calculo meo sic.

{...}	☽ 0.22. 4 ♌	♄ 6.38.57 ♌		Lat:	0°34′48″
Requis:	0.22. 2	☉ 0.20.25			61.27
		6.18.32		Sc: def.	26.39
		1.37 Red.			
		0.22. 2 Requis:		{...}	

Dimidia duratio h.	1.40	
	15.22	
Initium	13.42	Uranib: aequale
Aeq: t. phys:	3.20	Add:, hic sub.
	10	Pro Wolfebutela
	$13.28\frac{2}{3}$	Initium Wolfaeb:

Propter Solis aequationem sequor 3 minutis, propter reductionem alijs 3, propter aeq: temp: alijs $5\frac{1}{2}$, reliquum propter durationis brevitatem. Sed Crabbi observationum laxa est fides. Ego tamen durationem ejus propius exprimo. '

XXXII. Eclipsis Lunae anno 1609 $\frac{6}{16}$ Julij

XV, 42ᵛ

Pragae noctis principio nubes densissimae somnum invitarunt. Itaque phases caeterae si videri potuerunt, a me neglectae. At cum locus medius inter Lunam et ♄ esset in meridiano, jam paulò admodum ante ceperat emergere, lux in margine satis evidenter, quamvis per crassam auram, effulsit. Et quamvis esset in tenebris, videbatur tamen toto corpore clarissimè, vix parvula obscuritas ex adverso emersionis. Haec ita discerni poterant, quamvis aura esset admodum crassa. Saturnus erat in 10 ♒, A.R. 312.30. Luna in 24.20 ♉. A.R. 297.15 circiter. Differentia 15°15′. Dimidium 7.38. Itaque Asc: R.M.C. 305°0′ proximè, sed A.R. ☉ 116°, ergo hora 12°36′ fuit, quando jam ceperat emergere.

Culminante ♄, id est h. 13.6 semicircumferentia videbatur emersisse, at nondum dimidium diametri corporis. At post 4 minuta jam dimidium diametri redierat. Post alia 32 minuta, sc: h. 13.42 finis visus. Propinquitatem tamen umbrae sensi per 26′ minuta deinceps. Tempus igitur emersionis h. 1°5′.

Crabbus Wolfebutelae notavit initio altitudinem Aquilae 42°, quae arguit horam 10.18, ipse tamen apposuit horam 10.26, fine altitudinem mediae in cauda Ursae 33°, quae dat h. 12.48, cum ipse apponat h. 13°50′; et addit durationem h. 3.44, cùm extrema in horologio includant h. 3.24. In descriptione colorum disertus est, rufam apparuisse dictitans et fuscam, in circumferentia gilvam et in margine subfuscam.

Rittelius Stuccardiae initium morae prodidit h. 10.45, finem morae h. 12.41. Ergo med. h. 11°43′ ex altitudinibus Aquilae. Quodsi Crabbus h. 12.48 vidisset finem solius morae, non totius eclipsis, differentia meridd: esset 7.[1] At quia mihi finis morae h. 12.36 Pragae vel etiam ante hinc dubitandi mihi causa est, an omninò sana sit etiam Ritteliana observatio. Etsi in mea quoque observatione invenio annotatum, videndum, an situs instrumenti tenuerit meridiem. Alias bene conveniunt mea tempora, quod cum ceperit ante h. 12.36, hinc usque ad h. 13.10 per minuta 34 emerserit dimidium, hinc iterum per
' 32′ alia minuta reliquum dimidium. *XV, 43*

[1] *Randbemerkung* Wolfebüttelae long:

Calculus Tychonis: cui aequatio t. 7′40″ add.

{...} ☉ 24. 9.40 ♋ ☽ 24.10. 3 ♉ 13.47 Lat.

Dimidia duratio h. 1.59.30
Dimidia mor. h. 0.47.34
Emersio h. 1.12

Medium h. 12. 5.15
Aeq: tem: 7.40 Hic sub.
h. 11.57.35 Uranib:

Pragae h. 12. 2.35 App:
1.59.30
Finis h. 14. 2 Ap:

Calculo meo sic

{...} ☽ 24. 9.55 ♉ ☊ 27.13.52 ♋
Requis: 24.10. 4
Mora dimidia h. 0.50.10
Durat. dimid: h. 1.56.16
Emersio h. 1. 6

☉ 24. 9.14
3. 4.38 Lat. 17′ 0″ Sim. 16.6
Reductio 0.50
Requisitus 24.10. 4

In tempore aequali consentimus. In tempore emersionis tueor observationem rectius.

Aequatio temporis physicae 11′53″ add:, hic sub.

Medium Uranib: h. 12. 6 aequali
Pro Pragâ 5
Medium Pragae h. 12. 1 apparenti[a]
1.56
Finis h. 13.57 Sequitur observatum meum per 15′.

Exactè convenit medium computatum cum observatione Ritteliana, si ad h. 11.43 Stuccardiae, pro Pragâ addas 16′, ut sit Pragae h. 11.59.[1]

XV, 43ᵛ

XXXIII. Eclipsis Lunae anno 1610 $\frac{19}{29}$ Decembris.

Pragae obscurae erant noctes et dies. Observata est a Galilaeo Florentiae, ut videre est in epistola, quam praefixi *Dioptrice* meae: sed tempora nulla addidit. At Frid: Rittelius Stuccardiae principium signavit altitudine Sirij 12°30′ occid: addidit horam 15°15′, sed haec altitudo dat horam 15°2′. Finis visus h: 17.25 urbis et in scioterico solari ad Lunam applicato. *

Marius Onoldsbachij promit principium h. 15.16, finem h. 17.26. Duratio ergo h. 2.10. Ergo medium h. 16.21 et differentia meridd: Stuccardiae et Onoldsbachij 14′. Mappae dant 9′.[1]

Calculus Tychonis, cui aequat: t. 3′0″ ad.

{...} ☉ 8.26.50 ♉ ☽ 8.24.46 ♋ Lat. 50.23
64. 3
Duratio dimidia h. 1.7 ut Marius observavit. Sc. def: 13.40
Aequatio t. 3. 0 Add:, hic sub.

[1] *Randbemerkung* Stuccardiae, Onoldsbachij long.
[a] *richtig* aequali

H. 16.32
H. 16.29 Apparenter
Onoldsba: h. 16.27 Marius h. 16.21
Stutgar: h. 16.18
1. 7
Initium h. 15.11 Rittelius h. 15.2
Finis h. 17.25

Calculo meo sic

{...} ☽ 8.25.20 ♋ ♄ 29. 6. 9 ♊
Requis. 8.25. 3 ☉ 8.27.25 ♉
0.17 9.21.16 Lat. 51.43
Reduc: 2.22 Simpl. 49.29 Dimidia duratio h. 1.6.40
Requis: 8.25.31 Horâ 16.27.30 vera ☍.

Ergò ob reductionem ad orbitam ☽ differo in tempore aequali medij h. 0.4′. Sed aequatio temporis physica est 2′27″ add:, hic subt: Aequale igitur tempus Uraniburgi h: 16.25, Onoldsbachij h. 16°23′, quod est jam Mario propius. Stuccardiae h. 16°14′. Aufer dim: durationem. Ergo principium h. 15.7. Et observavit Rittelius h. 15.2. [1]

XXXIIII. Eclipsis Lunae anno 1612. $\frac{4}{14}$ Maji

XV, 44

* Eram Selevicij in Moravia. Tonuit, pluit. Frid: Rittelius Stuccardiae finem signavit altitudine Spicae 24°25′, id est horâ 11°55′30″.

* Epistola sub Apellis nomine scripta *de Maculis Solaribus* Monachij dicit hanc eclipsin cepisse ante horam nonam vespertinam dimidio veluti quadrante, desiisse hora noctis duodecima. Quòd si ad coelum correcta horologia fuere, diff: meridd: hinc prodit 2′30″ minuta, at tabulae dant 10.[1] Duratio h. 3°7′30″. Additur digitorum fuisse minimum octo. At Hafniae in Dania cum plurimum abfuit, digitorum $6\frac{1}{2}$ est censitum. Long: *Th:* fol: 182. Ablata duratione h. 2°43′ de h. 12.6 manet initium h. 9°23′. At Longimontanus sub Uraniburgico meridiano initium observavit h. 9°14′. Hinc pulsatur mea aequandi temporis pars physica.

Calculus Tychonis, cui aequatio t. 9′32″ sub.

{...} ☉ 24.16.14 ♉ ☽ 24.16.47 ♏ Lat. 40′36″
H. 10.25.30 vera ☍. 61.58
Dimidia duratio h. 1.30 Scr: def: 21.22
Vera opp: h. 10.25.30 Dim: 10.41 — 172700
Aeq: t. hic add: 9.32 34.16 — 56000
Finis Uraniburgi h. 12. 5 Appar. Digiti 7°28′ ——— 116700
Stuccardiae h. 11.54

Calculo meo sic.

{...} ☽ 24.19.48 ♏ ♄ 2.32. 2 ♊
Requis: 24.19.57 ☉ 24.17.51 ♉

[1] *Randbemerkung* Monachij, Stucc: long.

Digiti minus 7.			8.14.11	Lat.	45.30
Dimidia duratio h.	1°21′30″	Reductio	2. 6	Simp.	42.36
Medium h.	10.26	Requisitus	24.19.57		
Finis h.	11.47.30				
Physica temporis aequatio sub.,	18.33	hic add.			
Finis h.	12. 6	Uraniburgi apparenter			
H.	11.55	Stuccardiae			

Conveniunt calculi in tempore aequali medij, compensante magnitudinem aequationis meae addendae reductione ad orbitam.

Conveniunt et in fine, compensante brevitatem morae, ob magnam meam latitudinem, aucta aequatione temporis.

Cùm igitur et plures Monachij digiti et longior duratio sit observata, latitudo vera minor fuisset non meâ tantum, sed etiam Tychonicâ latitudine, ac proinde nodus ☊ sequens hac vice fuisset retractior in antecedentia. Vide igitur quantum astronomus, qui ad quamplurimas observatas respicit, tribuere debeat affirmationibus observatorum singulorum. Nam si Monachiensem in quantitate secutus essem, tunc et adversarium habuissem Hafniensem professione et astronomum et restauratorem scientiae, magnamque ruinam traxisset mutatio nodi.[1]

XV, 44ᵛ

Eclipsis XXXV anno 1613 $\frac{18}{28}$ Octobris

Eferdingae eram, pluviosa et turbida aeris constitutio; Lunae ortum crassissima aura circa horizontem obnubilavit, nec diu post ortum durare potuisset. Nam Frid: Rittelius Stuccardiae notavit in fine alt: centri Lunae non majorem quàm 9°25′, cum horologium urbicum (cum solario consentiens die antecedenti) post 5′ circiter minuta sonuisset horam 6 à meridie.

Sed si computes horam ex altitudine Lunae[1] addito de parallaxi Lunae totali 58′24″ ad altitudinem 9°25′, quantum ei competit, sc: 57′32″, ut vera altitudo sit 10°22′32″ et ad locum ☍ ☉ 5°17′ ♉ scrupulis dimidiae durationis 59′ additis, ut vera long: Lunae emergat 6°16′ ♉, cum lat. 10′30″ sept: vera, et declinatio 13°49′. Asc: recta 33°56′ deinde colligimus horam, ut sequitur.

{...}	Asc: R. M. C.	303.58	
	Asc: R. ☉	213. 5	
		90.53	

David Fabricius in *Prognostico* ait, finem fuisse Ostelae ad Emdam Frisiae in altitudine Lucidae ♈ 23°30′. At in alt: ejusdem 20°, cum ad oculum adhuc digitus deficeret, ait se finem perspicilli usu discrevisse. Sed totus ibi loci est in stabiliendo gemino defectu Lunae[2], quorum unus in corpore lunaris globi, alter in amictu aeris lunaris, qui Lunae corpus obnubit. Ego in Prolegomenis *Ephemeridum* fol. 21 ventilavi hoc dogma, nec * rem in ipso coelo, sed speciem fortioris lucis diffusiorem in oculo, phaenomeni hujus mihi notissimi et in superioribus contestatissimi, ream ago. Amplector igitur pro fine eclipseos alt: stellae 20°. Unde elicitur hora 5°52′. Et differentia meridd: inter Stuccardiam et Ostelam hinc emergit 11, mappae dant 10.[3] Quod enim Fabricius perspicillo

[1] *Randbemerkung* Ex altitudine ☽ tempus

[2] *Randbemerkung* De debili splendore Lunae in vicinia umbrae.

[3] *Randbemerkung* Stuccardiae, Ostelae long:

videt initium vel finem eclipsis, idem alij sine perspicillo in commune [1] tenent initium vel finem, nec ego, qui cum FABRICIO eodem visus vitio laboro, nisi suspicione tantum et inconstanter defectus durationem ultra ista momenta prorogo. Quodsi vicinas phases, cum adhuc aestimari potest quantitas defectus, inter se comparare datur: facile me ex his insidijs expedio, ut finem cum caeteris spectatoribus eundem agnoscam. *XV, 45*

Calculus Tychonicus, cui aeq: t. 9′14″ sub.

{...} ☉ 5.13.40 ♏ ☽ 5.16.49 ♉ Lat. 6.54
Duratio dimidia h. 2° 4′52″ Ante 6 minuta
Media oppos: h. 3.58 vera oppositio.
Finis h. 6° 3′ aequali Uraniburgi, h. 6.12 apparenter. Id est secundum mappas h. 5.50 Ostelae, h. 6.1 Stuccardiae.

Calculo meo sic

{...} ☽ 5.17.30. ♉ ♋ 4.22.31 ♉
Red. 5.13.30 ☉ 5.13.44
4 0.51.13 Lat. 4′43″. Simpl: 4.27
Ante 8 minuta Red. 14
vera oppositio 30
{...} Mora dim: h. 1° 2′22″ Medium h. 3.56 aequali
Dur: dim. h. 2. 8.15 2. 8.15
Finis h. 6. 4.15
Aequatio physica ad:, hic subt. 2.24 S.
Pro Tubinga 11
Tubingae h. 5.51
Ostelae h. 5.41

Calculi caetera conveniunt, in solâ aeq: temporis est diversitas, statque TYCHO cum observatis et pulsatur mea aequatio physica. [1]

XXXVI Eclipsis Lunae anno 1616 $\frac{16}{26}$ Augusti *XV, 45ᵛ*

Descriptio observationum hujus eclipsis extat in Prolegomenis *Ephemeridum.* * MAESTLINUS Tubingae principium prodidit h. 13.33 ex alt: dextri humeri Ori: 9°. Finem horâ 16°43′ ex alt: Sirij: 11°20′. Ergo duratio h. 3.10 et medium h. 15.8. Affirmat, superfuisse aliquid, ut non esset totalis etiam telescopio usus.

Româ verò nactus J. GEORGIUS HERWARDUS observationem ad me transmisit. Principium h. 13°43′30″. Finis h. 4°56′24″. Censuit et hic observator, superfuisse quippiam nec totalem fuisse. Sed addit aliam observationem in alijs aedibus, ubi observatores usi telescopio momentum incidentiae prodiderunt h. 15.6.30, emersionis verò h. 15°33′45″. Ita morata esset in tenebris per 27′15″. Medium ergo h. 15°20′, et duratio h. 3°13′, ferè ut et MAESTLINO visum. Ergo differentia meridd: Tubingae et Romae 12′.[1]

Observavi eandem eclipsin et ego. Sed cum Lincium montibus sit circumvallatum, ego spe potiundi spectaculi, quo utrumque luminarium diametraliter oppositorum simul in horizonte visui exhibetur, vesperâ eclipsin praecedente, ut primùm serenitatis duraturae fiduciam concepi, portâ jam claudendâ egressus, collem oppidò quam arduum ad

[1] *Randbemerkung* Tubingae, Romae, Lincij long:

septentrionem urbis conscendi, instrumento instructus portabili; regulae quadrantales erant, super circulo azimuthali unius pedis diametrum habente versatiles. Agricolae metu grassantium tunc incendiariorum nullum ignoto mihi luminis usum intra tecta, vix locum sub dio in novali sulcis aspero, carbonesque vivos concessere, quibus vice lucernae sum usus in dinumerandis instrumenti divisionibus. Trunco tripede duum pedum altitudine sustentabatur instrumentum, inter observandum plerumque supinus jacebam, ut oculus pinnacidijs inferior esse posset.

Principium per nubes sparsas et dehiscentes identidem est conspectum in altitudine Lunae, incertum an 29° anne 25°: nondum enim inter latera regulae distinxeram. Situs instrumenti fortuitò captus azimuth Lunae monstrabat 32°. Umbra in summo Lunae margine, parum admodum declinans ad sinistram. In eo azimutho capitis Andromedae altitudinem probandi azimuthi causa notavi 70° vel 66°15′. Tunc Luna nondum dimidia in umbra fuit; atque ea, priusquàm ala Pegasi in id azimuth incideret, jam ad dextram declinabat.

In eodem azimutho instrumenti ala Pegasi elevabatur $55\frac{1}{2}$ vel $51\frac{1}{3}$, Fomahant[a] verò 7°.'

XV, 46 Cùm umbra declinaret quasi ad 2 superiores in palma vel urna ♒, erat ☽ in azimutho instrumenti 46°30′, altitudo imi marginis latere regulae inferiori, quo oportuit 17°20′.

Cum polaris et spira Serpentis eundem obtinerent verticalem proximè, azimuth: ☽ fuit 49°50′ in instrumento.

Nondum occidente Aquilâ Lunae azimuth 51°30′. Altitudo 16°, linea per medium cornu rectâ ducta tendebat superior remotiore quinquanguli illius notabilis in constellatione Aquarij, id est oris Pegasi. Circa haec tempora fuit Luna obscurissima, superesse tamen aliquid in lumine censebam. Tota rubicunda fuit, magis verò partes contiguae cornu lucido superiori ad sinistram.

Occidit Luna nondum planè restituta (ut videbatur) in azimutho 74°, cum Sol jam e regione in azimutho 75° haberet altitudinem 1°20′. Certè utrumque luminare in semicirculo instrumenti meridionali visebatur. Erat quidem, ut dixi, residui alicujus defectus suspicio in occumbente: at parvo admodum discrimine Luna discernebatur ab aere circumstante, radijs Solis albescente. Cogitandum igitur, an fuerit tantum debilitas luminis ex illâ parte.

Erat igitur Luna adhuc in austro circiter 24′ sc:, parallaxi quidem projectior erat in austrum; at vicissim refractione rursus elevata in septentrionem, cum occideret. Quin et tertia causa fuit, cur australior videretur ab oppositionis lineâ, quia jam superaverat locum Solis, uno fere gradu. Has igitur causas vincere non potuit refractio utriusque luminaris contrarium efficiens, quin adhuc in eandem plagam declinarent ob oppositione luminaria.

Non fuit igitur magna refractio.[1] Et quia Sol erat ferè in 4°0′ ♍, cum declinatione 10°6′ sept: log. 174 087

Alt: aequat: log. 40 697

133 390

Esset ergò purè orientis azimuth: 15°17′. [...] Erat autem ☌ ☉ 3°50′ ♓, unde ablatis scrupulis durationis 57′, restat verus locus ☽ 2°53′ ♓, latitudo circiter 0°53′ merid: [...]'

XV, 46ᵛ [...] Hic[2] locus conversus in arcum aequatoris 332.15 quaesitusque inter asc: rectas, dat in columna eclipticae gr. 330.9 arcum aequatoris cum angulo 69°19′ et arcu latitudinis 11.38; cui addo 1.17.30, fit 12°55′30″. [...] Discrepat altitudo ex observato azimutho computata, discrepat inquam ab altitudine observatâ uno gradu. Et si sequar altitudinem 25°, jam azimuth erit propius meridiano, tempus maturius. {...}

[1] *Randbemerkung* Ex declinatione ☉ orientis et refractione azimuth

[2] *Randbemerkung* Ex long: et lat. declinationem et asc: rectam

[a] *Fixstern Fomalhaut*

Cùm autem certior sit observatio per altitudinem, quàm per azimuth, quia regulae stantes facile inclinantur ad latus alterutrum: dimitto igitur azimuth 32°55′, dimitto et az: 31°20′, quod in Prolegomenis *Ephemeridum* visus mihi eram ex fixarum altitudinibus correxisse; retineo vero altitudine inquisitum tempus initij, nisi quod ob nubes id forte tardiusculè agnovi.

Pro fine, cùm Sol oriatur h. 17°14′ fiatque uno gradu altior post 6′, ergò h. 17.20, prodiret mihi duratio h. 3°24′, si certò in ipso occasu Luna restituta fuisset. At si 4 minutis ante, ut in Prolegomenis concessi, mihi luscioso duratio fiet 3.20. Ex comparatione igitur observationum initij differentia Romae et Lincij[1] fiet mi ' nuta 13′ vel 12′, *XV, 47*
Tubingae et Lincij 23′ vel 22′. Medium Lincij circiter h. 15°32′, ut finis fuerit h. 17.9. Uraniburgi medium h. 15°22′.

Calculus Tychonis, cui aequatio temp: 7′37″ add:

{...}	☉ 3.55. 4 ♍	☽ 3.55. 2 ♓	27.36 Latit.
			64.38 Summa sdd.
	Dimidia duratio h. 1.39. 1		37. 2 Scr: defectus
			35.58 Diameter ☽. Totalis sine mora

Calculo meo sic

{...}	☽ 3.56.27 ♓	☊ 9.38.54 ♓		
	Requis: 3.55.27	☉ 3.53.57		
		5.44.57		
	Reductio	1.30		
	Requisitus 3.55.27		Lat: 31.49	Simpl: 30.2

{...}	Horarius ☽ 38.31			
	☉ 2.26			
	☽ a ☉ 36. 5	–	50851	
	57.41			
	Resid. 21.36	–	102000	
	Dimid: dur. h. 1°36′	–	51149	
	11.45	–	163000	
	Mora dimidia h. 19′33″		112150	paulò alia quam in Proleg: *Eph.* quia hypothesis ab eo tempore correcta.

Convenit Tychonicus in tempore medij cum observatione exactè, sed totalem sine mora exhibet. Praevenit mihi ☌ tempus Solis 2′ minutis tempore aequali. At si jam cum 4 ♍ excerpam physicam aequationem 19′4″ add:, hic subtrahendam, vera oppositio Uraniburgi tempore apparenti prodiret h. 15.9′. Ita praeveniret calculus meus minutis 13′.[2]

Mora Romae paulo longior est observata, quare latitudo paulò debet esse minor et nodus hic ☊ sequens retractior. Quid verò respondendum sit ad testimonia Maestlini, alterius Romani, meumque adeò ipsius, quibus defectus visus est non fuisse totalis: insertum inveniet lector Prolegomenis *Eph*: fol. 12. Nam mihi diu admodum et plus quam dimidiam horam Luna visa est cunctari neque diminuens lumen ulterius neque rursum augens; limbus qui superesse censebatur in ' lumine, fuit oppido brevis respectu corporis *XV, 47ᵛ*
Lunae, nec late spargebat lumen in oculis meis, uti solent lucida, nec latitudo aestimari

[1] *Randbemerkung* Romae, Lincij long.
[2] *Randbemerkung* Nota eclipsis ☽ in 4 ♓ tardior, si mea utar temporis aequatione.

potuit. Erat et inordinatum cornu ad lineam diacentron, inordinatus et rubor circa cornu.[1] Hoc ut probetur, sumatur altitudo Lunae tunc observata, cum hoc cornu obverteretur partibus, quae sunt ore[a] Pegasi in illo situ paulò superiores, scilicet magis in consequentia, inter os et caput. In Prolegomenis caput pro ore sumptum perperam: caput enim non erat remotius, sed os. Cum igitur Luna fuerit in 4 ♓, motu proprio iens à dextra ad sinistram, at verò os Pegasi in $26\frac{3}{5}$ ♒, caput in $1\frac{1}{2}$ ♓ et umbrae plaga transponeretur a sinistra ad dextram; jam igitur umbra vergebat in antecedentia, quippe versus 27 ♒, proinde conveniebat, ut Luna jam ultra centrum umbrae in consequentia esset. Quippe in circulo azimuthali 5° gradibus anterius vergebat umbra versus duas in palma ♒, quae stabant è regione loci Lunae in 4 ♓, quasi tunc fuisset medium eclipsis. Atqui Lunae altitudo observata 16° diversum arguit. Addatur de parallaxi ☽ 63′40″ quantum huic altitudini convenit {...} scilicet 1°1′ et sit altitudo vera 17°0′. Est autem tunc vera longitudo 3°52′ ♓, lat: 0.32′ austr: Ergo A.R. 335°47′
Declinatio vera 10°44′ ferè. 48.44

A.R.M.C.	24.31
A.R. ☉	155.48
	228.43
Hora erat	15.15.
In Prolegom:	15.17. {...}

Ecce tempus emergit, quod 17′ minutis antecedit medium eclipsis. At si plaga hujus cornu verum indicium faceret, debuisset ipsa vera oppositio, seu medium eclipsis jam totidem minutis et amplius transiisse. Quare lucidum hoc cornu ab orâ Lunae meridionalissimâ recesserat in ortum. Non derogat igitur calculis, non observationi Romanae per telescopium, observatio mea et caeterorum falsi hujus cornu.

Etsi vero exemplo, quo in Proleg: *Ephem*: me insuper muniveram, sc: eclipsi anni 1598 hoc in opere rursum cessi, admisso verè cornu in illa residua; in locum tamen ejus dimissi succedit aliud ex anno 1605, quae eclipsis numero XXVIII. *

Age verò, ne quid in diligentiâ nostrâ desideretur, ventilemus etiam ab inclinatione
XV, 48 initiali petitum testimonium, quaesito angulo inter eclip'ticam et verticalem. Erat enim in

superioribus	VPS	29. 6 –	72086
	VP	41.44 –	40697
			112783
	Et VS	73. 0 –	4460
			108323

Ergo VSP angulus 19°47′. Sed in illo puncto eclipticae, quod verè obtinebat Luna, sc: in 2°53′ ♓, angulus eclipticae et circuli declinationis est 68°49′, residuus ergo inter eclipticam et verticalem est 49°2′. Pone primo umbram in ipsissimo fuisse vertice.[2]

Summa semidd:	1°5′54″	– 395400		395400	
	40.58	– 42217	49. 2 –	28092	
		437617		423492	
	Latus long:	43′17″	Latus lat:	49′46″	

Hic prodiret latitudo valde magna, differentia longitudinis vicissim parva. Sunt enim

[1] *Randbemerkung* Lucidum cornu infidum indicium diacentri.

[2] *Randbemerkung* Angulum verticalis et eclipticae ex tempore per angulum verticalis et circuli declinationis.

[a] ori *Kepler*

scrupula durationis dimidiae, ex observata duratione dimidia et horario circiter 58′. Bene igitur habet, quod umbra parum admodum dicitur declinasse ad sinistram. Scilicet ipsa duratio calculi consentit cum observata, quare etiam latitudinem calculi ratam esse necesse est, qua stante anguli constituentur in hunc modum.

57′41″ − 408800
1. 5.54 − 395400
13400 Ang: 61.

Ergo diacentros ad orbitam ☽ inclinabatur angulo 29, ad eclipticam 34°18′, ad verticalem igitur angulo 14°44′; hoc illud parum est, quo umbra declinavit a vertice ad sinistram. Nihil igitur inclinatio observata repugnat latitudini calculi, nihil defectus quantitati hactenus defensae: quin potius hanc confirmat duratio observata; aut si augenda est ista, ut propius ad meam durationem observatam adducatur, multò profundius Luna in umbram mergetur, nodusque sequens ☊ in antecedentia revocabitur, ut jam ante dictum.[1]

XXXVII. Eclipsis Lunae anno 1617 $\frac{6}{16}$ Augusti *XV, 48ᵛ*

Finem notavit Frid: Rittelius Stuccardiae altitudine Aquilae; sed quae laxum facit indicium temporis, cùm stella meridiano propinquet: Et perperam me puto scripsisse alt: poli pro alt: Aquilae. Dimittatur igitur hac vice.

Romae finem observatum esse h: 9°48′ Jo: Remus Quietanus ad me perscripsit: tempus emersus h. 1.1.

Lincij observavimus illam utcunque. Descriptio extat observationis in *Ephemeride* anni 1617 mense Augusto; examen in vestibulo illius *Ephemeridis.* Quantitas refractionis infida, coelo pluvio, aurâ penitus aqueâ. Cum Luna[a] ea die oriatur Lincij h. 7°3′ ortu puro, factum est, postquam quatuor distincta horologia nonnullis intervallis invicem insequentia sonuissent horam 7, jam imminente uno quadrante in arcis horologio, factum, inquam, est, ut Luna quasi sub longo tabulato nubium è vaporibus aqueis exorta conspiceretur habens altitudinem supremi marginis 1°36′. Deficiebat plus dodrante. Tenebat azimuth instrumenti 24°32′. Statimque altius subvecta post illud velum densissimum sese condidit atrarum nubium.

Postquàm sonuisset h. 8.45, incepit ex nubibus emergere, jam initio emersionis ex umbra facto. Cum tardissimum horologium sonuisset h. 9, censebantur lucere 3 digiti. Altitudo ☽ erat 18°15′, Jovis 18°50′. Cum sonaret insuper quadrantem in uno, nondum dimidia lucebat, cùm in altero jam semicircumferentia lucida erat. Horâ 9°30′ arcis dodrans lucebat, alt: ☽ 20°, in azimutho 52°50′. Hora 9°45′ quasi digitus in umbra restabat, alt: ☽ 22°40′, azimuth 56°. Paulo post visa est integra. Alt: 23°+, azimutho 57°+.

Hisce ex observationibus tempora initij et finis eliciuntur. Nam quia proditur altitudo Lunae supremi marginis 1°36′, centri igitur 1.20. Et quia in hac altitudine parallaxis horizontalis 1°3′ valet tota, refractio verò ex Tychone 23, adhuc igitur superat parallaxis per 40, ut sit vera altitudo centri 2°0′. Cum autem Luna tunc 40 minutis ante ☍ ☉ fuerit, et Sol in 23°42′ ♌.[1] (Erat enim summa semidiametrorum 65′, pene rectâ secundum eclipticam extensa, de qua decedunt sc: 25′, plus 'sc: quàm dodrans diametri ☽, *XV, 49* qui delitescebat in umbra), relinquitur locus Lunae 23°2′ ♒ cum lat: 0.11 sept: ex cal-

[1] *Randbemerkung* Ex ortu ☽ tempus
[a] Sol *Kepler*

culo. Non potest autem in hac altitudine locus designatus elevari 2° gradibus, nisi oriatur 28°30′ ♒, cujus angulus 19°56′. Habet autem hic locus amplitudinem ortivam 18°15′, et Luna igitur in hac altitudine per alios 5°5′ recesserat ab hoc puncto in meridiem: ut esset ejus azimuth ab ortu numeratum 23°20′, quod in instrumento numerabatur 24°32′. Omnibus igitur azimuthis sunt adimendi 1°12′. Oriente verò 28°30′ ♒ Sole in 23°42′ ♌: hora est 7.14 a meridie: tardius igitur justò sonuerunt horologia.

Hinc jam incidentiae momentum eliciemus sat fido calculo. Restabant enim de Lunâ minus quam 8′6″, cùm horarius ☽ a ☉ sit 35′. 53900
200300
146400

Minus igitur quam 14 minutis post, hoc est, ante h. 7°28′ tota incidit. Esto hoc h. 7°26′. Atqui paulò post h. 8.45 urbis, id est, ut in seq: corrigetur, paulò post h. 8.55 jam initium animadversum emersionis. Ergo mora circiter h. 1.29 et medium h. 8.10.

Rursum, si ponamus dodrantem exactè fuisse in umbra, quo tempore horologium tardissimum sonuit h. 7 vel paulo post: visus verò est dodrans in umbra, etiam cum idem sonaret h. 9. Ergo hujus horologij hora 8 aut paulò post medium eclipsis incidit: tardius verò si corrigatur; nam ex sequentibus adjicienda sunt 10′ minuta indicio horologij. Fuit igitur medium iterum paulo post 8.10. Tertiò, tres isti digiti emerserant per 14 minuta, principium igitur emersionis h. 8.56 correctâ. Medium ergò h. 8.11 ut prius fere.

In fine eclipsis, cum notatum sit azimuth: ☽ 57, ablata correctione initio stabilita 1.12, restat justum azimuth 55°48′. Et quia ☽ jam erat in 24°53′ ♒ cum lat. 0°23′ sept., si nullam commutationem esset passa, abfuisset per hoc azimuthum à meridiano 32°11′ in aequatore, habens veram altitudinem 22°31′. Per parallaxin igitur habuit altitudinem in hoc azimutho minorem, circiter 21°30′. Non vero 23°0. Fieri potest ut connixerit hic hypotenusa mea, ad quod proclivis est, claudendo sc: seu complicando instrumento. Situs ipse instrumenti super fenestra minus impeditus erat ad azimutha, quàm ad altitudines capiendas. Si igitur Luna per 32°11′ abest a meridiano, Sol aberat per 31.8 fuitque hora 9.55½ vel secundum alt: ☽ majorem paulo plus. Esto h. 9.58. Cui consentiunt etiam altitudines et azimutha antecedentia: postulantia omnia, ut circiter 10′ addantur horologijs. Ita emersio est unius circiter horae, quantam et Romanus ille observavit.

Confirmatur autem hinc differentia meridd: Romae et Lincij 10 circiter.[1]

XV, 49ʳ Calculus Tychonis, cui aeq: t. 9′21″ add.

{...} ☉ 23.43.55 ♌ ☽ 23.39.10 ♒ Lat. 16′38″
Post 9 minuta.

{...} Duratio dimidia h. 1.48.18
Mora dimidia h. 0.40.27
Emersio h. 1. 7.51

Cùm igitur medium Uraniburgi statuatur horâ 8.18 aequali, at h. 8.9 apparenti, id erit Lincij h. 8.19. Itaque hic calculus Tychonis insequitur observationem minutis 9 vel 8: fit etiam emersio 7 minutis prolixior observatâ.

Calculo meo sic, ex ultima restitutione, quae nonnihil differt ab eo, quod in *Eph*: secutus sum.

[1] *Randbemerkung* Romae, Lincij long:

{...} ☽ 23.35. 9 ♒ 20.51.55
23.42.37 ☉ 23.43.24 ♌ Luna venit ad metam obscurationis
7.28 2.51.29 maximae post minuta 13'.
Reductio 0.47
Requisitus 23.42.37 Lat. 16'4" Simp: 15.3

{...} Dim: dur: h. 1.48.55
Dim: mor. h. 0.48.55
Emersio h. 1. 0. 0

In tempore medio vix 4' minuta Tychonicum sequor, 13' observationem. Sed aequatio temporis physica est 19'21" add., hic subt: Igitur h. 8°3' apparenti Uraniburgi, seu h. 8.13 Lincij fit obscuratio maxima: ita proximè observatum venio. Etiam emersionem tueor ut est observata. [1]

XXXVIII. Eclipsis Lunae anno 1619. $\frac{16}{26}$ Junij *XV, 50*

Frid: Rittelius Stuccardiae principium observavit, cum in arce et curia oppidana simul sonarent horologia h. 11°45', altitudine centri ☽ 18°30', qua nihil juvamur, utcunque bona sit, quia Luna vicissima meridiano.

Maestlinus certi nihil observare potuit ob nubila; nisi quod durationem putat fuisse circiter h. 1°45'.

Erant et Lincij densae nubes, interdum patentes. Horâ 12°30' urbis, cum per raras nubeculas pelluceret, nihil deperdidisse putabatur; quoties verò discessu nubis in sudo conspecta est, visa est quasi rasa superius, ac vix agnoscebatur deflexio defectus ad sinistram, quasi versus Lyram: puto autem legendum versus Aquilam: quia Lyra ex fenestra humili conspici non potuit vertici imminens, jamque ultra meridianum ad dextram progressa. Post quadrantem horae rursum enisa e nubibus, praecisè sursum vertebat particulam deficientem. Erat quidem defectus satis latus ferè semidiametrum Lunae à margine et cornu quasi occidentali in orientalem; at defectus quantitas, nisi infidissime, aestimari non potuit. Finem nubes et hyems interceperunt.

Discedunt horologia ab invicem Stuccardiana et Lincianum: nam differentia meridd: non est 45' minutorum, sed tantum 21'. Probabiliter utrique potest adhiberi correctio, additis Stuccardiano 8'[a], ablatis Linciano totidem, ut initium merum sit h. 12.14 Lincij. Et quia umbra in principio h. 12°22', sic correcta fuit ad sinistram, quando verticalis per ☽ cum ecliptica proximè rectum formabat angulum; quantò igitur minus agnoscebatur deflexio ad sinistram, tanto minor et defectus fieri potuit. Et quia ♂ ☉ in 4°45' ♉ et Aquila in 20° ♉, umbra ad illam vergens, parum adhuc erat in consequentia. Rursum quia post horae quadrantem (h. 12°33' correctè) defectus stetit in summo, ne tunc quidem medium esse potuit, quia diacentros juncta verticali secabat eclipticam obliquè, orbitam Lunae obliquius, annuens infra eclipticam versus occasum, sed parum. Esto enim ex abundanti, hora planè 12°45' sine correctione, fiet asc: obliq: horoscopi 16°25'. Orietur 3°10' ♈, distabit nonag: à vertice 71°46', à Lunâ 27°50'.

{...} Angulus sit 81°16', cum orbitâ 76°.

Cum hoc angulo deprehenduntur restare ad medium eclipsis sc: 14'24", quae conficiuntur minutis 32', à principio observationis 47', siquidem tantus omnino angulus fuisset, et tempus tam serum, et umbra exactissimè in vertice. Duplicatum igitur esset h.

[a] *korrigiert aus: Zahl unleserlich*

1°34′, et quia paulo antè jam defecerat, ferè igitur conficeremus illos 7 quadrantes MAESTLINI.[1]

XV, 50ᵛ Calculus TYCHONIS, cui aeq: t. 1′41″ add:

{...} ☉ 4.44.35 ♋ ☽ 4.46. 7 ♑ Lat. 50.19

		Horarius	27.16	
		semidiameter umb.	43. 3	
		semidiameter Lun.	16. 1	
H. 12.35	aequali est vera ☌.	summa	59. 4	{...}
H. 12°33′20″	apparenti		50.19	
H. 12.43.20	Lincij	sc: defec:	8.45	Digiti 3°18′
Initium h. 11.35.20	Lincij	sc: dim: dur:	30.58	
H. 11.14	Stuccardiae	dim: dur:	H.1. 8	Haec duratio ad minimum semisse horae et justo longior. *

Calculo meo, ut is 11 Apr: anno 1620 correctus, post scriptam jam *Ephemerida*.

{...} Aequatio t. physica 1′30″ ad: hic subt: ☽ 4.47.25 ♑ ♄ 14.54. 0 ♑
Ergo h. 12.48 Lincij. Initium h. 12°4½′. Requis: 4.47.39 ☉ 4.44.55
10. 9. 0
Lat. 56. 0 Red. 2.33
Simpl: 52.49 Requis: 47.39

{...} Dimidia duratio h. 0.43′28″. Haec duratio convenit proximè cum observatione, et cum quantitate perexigua ante medium observata.

Lubet autem explorare[1], quanta fuerit illa, ex eo, quod pars obumbrata penè semidiametri longitudinem habuit. Fuit Lunae semidiameter 15′, fuerit ergo sectio ista 14′; dimidium 7′ est semissium arcuum utriusque communis sinus. Ergo sinus complementi in Luna erit 13′10″, in umbrâ 43′56″. Distantia ergo centrorum 57′6″, quae differt a summa semidiametrorum per 2′22″, quod est minus uno digitio. Fuit autem proculdubio minus aliquid, quia longitudo cornu obscurati non visa esset tanta, nisi lucida sese dilatarent in oculis. Et quia abhinc ad medium eclipsis restat minus quam 14′24″ scrupula, hinc habetur quantitas defectus in medio sc: 4′14″, sesquidigitus seu 1°42′. {...} Haec quantitas certò major est eâ, quam observatio patitur, quod ex assumptis patet. Satis etiam apparet calculos praevenire observationem, magis Tychonicum.[1]

XV, 51 ## XXXIX Eclipsis Lunae anno 1619 $\frac{10}{20}$ Decembris

Haec eclipsis quò diligentius observata est, hoc plus exhibuit mihi negocij. Liber justus fieret, si quaecunque de ea disputavi varijs chartis, fasciculo colligerem. Causa perplexitatis fuit, quod fixarum loca repugnare vidi observationi; cujus rei exempla plura nondum conquisiveram.

MAESTLINUS Tubingae per altitudines fixarum ad ortum et occasum consensu exquisito principium notavit h. 13°55′. Finem h. 16°59′. Medium igitur h. 3°27′. Duratio h. 3°4′. *Valde exiguam portionem* ait *remansisse* in medio defectus, *quae vix unius digiti quadrantem aequaverit*; hocque et per telescopia et simplici visu et sibi et filio suo sic visum, consensu inter ipsos mero. *

[1] *Randbemerkung* Ex quantitate arcus deficientis quantitas diametralis defectus.

* Jo: SCHEINERI S.I. observationem Oeniponti habitam, ubi A.P. 47°17′, ad me perscripsit Jo: REMUS QUIETANUS Serenissimi Arch: Leopoldi medicus, principium indubitatum in alt: Arturi 14°50′; unde computo horam 13°59′. Finis alt: Arturi 44°20′, unde horam 16°55′30″ computo. Esset igitur differentia meridd: Tubingae et Oeniponti 4[1]: cum tabulae statuant 12′, eandem quàm Monachij ferè. Duratio quidem fit h: 2°57′30″, quam parvitatem magne altitudini finali Arturi tribuendam puto. Nam aliter, defluxu arenae, durationem mensus est h. 2°59′. Digitos censuit 11 cum semisse defecisse.

Mihi Lincij principium in distantia oculi Tauri à vertice 58, cùm horologium domus provincialis sonaret h. 2 post mediam noctem. Sed haec altitudo fixae ostendit horam 14.15 vel potius h. 14°18′, si alios quadrantes respiciam, quibus ejusdem fixae altitudines notavi. Erat etiam in alio instrumento altitudo 31°30′ et sic minor. Hinc differentia meridd: Tubingae et Lincij 23′.[2] Statim ut instrumento telescopo Lunam inspexi, vidi marginem aliquantulae latitudinis, cum multo quidem adhuc lumine: sed tamen evidenter distinctum à lumine Lunae reliquae. Censebam hunc marginem esse praecisè ad sinistram.

Stabat Luna super stellas pedis Geminorum duas claras vicinas invicem, nondum tamen angulus ad priorem stellam rectus erat.

Posteà versus quadrantem primum provincialis (correctè versus h. 14°33′) cum deficeret quarta pars, angulus hic rectus erat, et plus aberat stella à margine sibi proximo, quàm est una diameter Lunae. Nihil accuratius potuit notari, nequibant enim eodem ' intuitu simul aspici et Luna et stellae ob claritatem Lunae; sed quoties stellae erant re- *XV, 51v*
spiciendae, tegenda fuit Luna tigillo fenestrae.

Inter h: 14.48 et h. 15.3 notatum, quod centrum Lunae jam satis evidenter visum fuerit ultra perpendicularem in lineam stellarum ex stella priore: et quod umbra jam deorsum vergeret; et quod dimidium in umbra fuerit. Distantia stellae a proximo margine paulo major diametro Lunae.

Circiter h. 15.6 correctam, cum bes in umbra censeretur, jam occidentalis margo in dictam perpendicularem incidebat. Linea per apices cornuum nondum erat parallela pedis stellarum lineae: ac ne quidem hora 15°19′. Quartam restare putabam, qintam GRINGALLETUS adjutor meus. Rubebat Luna in umbrâ clarissimè.

Paulò post circa h. 15.33, cùm parallelae fierent lineae, quòd hoc medium eclipsis imminens argueret, consideravi latitudinem residui cornu, quae tertiam partem occupabat ejus, quod ego telescopio meo comprehendo; comprehendo autem nihil ultra sc: 13′ seu duas quintas Lunae. Erant ergo scrupula 4′30″ circiter. Nudis oculis inter quintam et quartam partem circumferentiae censui in lumine, GRINGALLETUS ad sextam alternabat. Latitudo lucidae ad latitudinem obumbratae partis, ut 1 ad 8 circiter; nihil enim accurati dici potuit, etsi pars obscurata in conspectu erat.

Horâ 16°18′ correctâ linea per cornuum extrema tendebat in secundam ex 2 pedis, ejus verò perpendicularis per centrum tendebat simul in primam, sic ut hae duae rectum formarent, subtensum à rectâ inter stellas. Confirmabatur haec observatio per aliam, quòd ductae ex stellis in centrum Lunae viderentur formare obtusiusculum. Nondum autem distabat Luna aequaliter ab utrâque stellarum, discrimine tamen perexiguo. Erat in lumine paulò plus quàm quarta diametri.

Inter h. 16.18 et 16.33 diacentros in verticalem incidit, et distantia Lunae a stellis utrinque aequata fuit.

Hora 16.48 Luna paulò admodum plus una suâ diametro à stellâ secundâ aberat margine proximo; in umbrâ restare videbatur mihi quidem quarta diametri, GRINGALLETO plus quam tertia. Altitudo oculi Tauri 9°20′: quae dat horam praescriptam. '

[1] *Randbemerkung* Tubingae et Oeniponti long.

[2] *Randbemerkung* Tubingae, Lincij long:

XV, 52 Hora 17°18′ finis eclipsis. Altitudo rubicundae in Orione 10°.

Inter horam 17°33′ et 17°48′ margo Lunae à secundâ dictarum aberat spacio tanto, quasi quod telescopio videtur, puta 14′. Distabat stella versus sinistram deorsum, altior tamen imo Lunae margine; qui hora 18.3 jam factus erat altior stellâ.

Hora 18°18′ quantum judicari potuit (inquit observatio) quae ex stellâ versus ecliptícae polum tetendit in Lunae centrum. Igitur ab horâ 14°18′ vel 17′ in horam 17°18′ duratio a me est animadversa h. 3°0′ vel 3°1′. Medium h. 15.48 et secundum hoc medium differentia meridd: Tubingae et Lincij 21′.

Sequitur calculus TYCHONIS, cui aequatio temporis 0′20″ add:

{..} ☉ 29. 1.11 ♐ ☽ 28.58.40 ♊ Lati: 31.46

Post minuta 6 H. 15.45. Duratio dimidia H. 1.34.10

{...} Digiti 10°45′. Sequitur calculus observatum tempus m: 6. In duratione et quantitate excedit observationem. Ergo latitudo major fuit.

Calculo meo sic

{...} ☽ 28.57. 5 ♊ ♑ 5.31.13 ♉

Requis: 29. 3.47 ☉ 29. 2. 6

6.42 6.29. 7 Lat. 35′52″ Simpl: 33′51″

Reduct. 1.41 {...} Dimidia duratio h. 1.31.21.

Requis. 29. 3.47 Tota h. 3.3.

Majusculam aequationem subtraho versus perigaeum insuperque reduco ad orbitam Lunae. Sequor igitur Tychonicum tempus minutis 5′, observationem minutis 11 tempo-

XV, 52ᵛ re medio. Sed aequatio physica 1′17″ add., hic ' iterum subtrahit, ut restent 10′ minuta.

In duratione et quantitate consentit calculus meus cum observatione; supersunt enim 2′47″, quae sunt digitus unus, cum ego plus uno digito, caeteri minus superesse censuissent.

Quantum ad fixas[1], cum omnes phases notatae consentiant inter sese pulcherrimè, ante omnia loca duarum stellarum ex ipsis nudis observationibus computavi denuò. Distantiae sumptae erant ab oculo Tauri et corde ♌ et ab inferiore capite ♊, quibus stellis si relinquo loca sua, uti sunt ijs assignata ad completum 1600: stellae istae, dictae planta et calx pedis, cadunt uno minuto anterius, et latitudo differt uno minuto plus, quàm in catalogo. Ad completum igitur 1619 loca sic habent.

Calcis	29°59′ ♊	Lat.	52′30″	} australis.
Plantae	28. 8 ♊	Lat.	58.30	
Differentia	1°51′		6′	
seu	111′	Medij	55′30″: semissis de 111′.	

Ex hoc apparet, si semicirculus scribatur super linea stellas connectente, posito quod stellae sint ejusdem latitudinis, hunc ab ecliptica tactum in loco praecisè medio. At quia latitudine differunt per 6′, quare linea per stellas versus consequentia inclinatur ad eclipticam et semicircellus iste secabitur ab ecliptica, et linea ex stellâ perpendicularis isti stellarum lineae, ubi usque ad eclipticam ascenderit, inclinabitur à circulo latitudinis dimidio hujus differentiae, sc: minutis 3′.

Cum igitur fuerit annotatum, versus horam 14°33′ centrum Lunae in hac perpendi-

[1] *am Rand* Fixae

culari fuisse visibiliter, deficiente parte quartâ: dabitur locus Lunae visibilis gemino modo, ac proinde et locus stellae. Nam primum distabat hoc momentum a medio eclipsis h. 1.15, cui intervallo respondent sc: motus Lunae veri 48′8″. Et cùm Luna in ipso medio eclipsis h. 15°48′ fuerit in 29°3′47″ ♊ ratione orbitae, stans è regione loci ecliptici 29°5′28″ ♊, ablatis igitur 48′8″ restat verus locus ☽ eclipticus 28°17′20″ ♊, cum latitudinis arcu computato 37′15″ sept: Rursum posita hac latitudine et summa semidia'metrorum 65′26″, si hinc auferatur quarta pars Lunae diametri 8′10″, relinquitur *XV, 53* distantia centrorum 57′16″ {...}

37.15

Hinc elicitur differentia longitudinis 43′32″, ex aestimatione defectus lubrica et non liquida, non enim est additum, diametri an circumferentiae quarta defecerit, quae ex temporis intervallo constitua fuit 48′ ferè. Retineamus igitur verum Lunae locum satis comprobatum utrâque via. Oportet jam hunc redigere in locum visum. {...} Visa longitudo in ecliptica 27.50. 8 ♊ Visa lat: 7′10″ sept.

Quia igitur centrum Lunae est in septentrione, stella paulò plus 3′ minutis secuta est hunc locum, ut fuerit in 27°53′8″ ♊, quae collocatur in 28°8′ ♊, per 15′ ultra quàm observamus, posito loco Solis vero, ut is ex Tychone computatur. At secundùm aestimatam quantitatem eclipsis ad summum 5 scrupulis fieret fixa promotior, adhuc sc: 10′ differens à loco ex *Progymnasmatis* accepto. Quo posito, oportet phasis tempus 8 minutis serius justo esse annotatum.

Convenit autem simul etiam hoc, quod summa latitudinum stellae et visae Lunae efficit 65′30″, unde ablata semidiameter ☽, relinquit 49′ circiter, quae sunt sesquiplum diametri Lunae; quod est observationi consentaneum. Distabat enim margo proximus plus quàm diametro Lunae dilatatae in oculo ob claritatem.

Consulatur aliud momentum. Horâ 16°18′ distantia nondum penitus par fuit ab utrâque stellâ. Est media stellarum distantia 55′30″. Fuit etiam tunc sectio linearum per cornu imaginatarum (quae rectum angulum formant), fuit, inquam, in eclipticâ, quia singulae lineae in singulas stellas tendebant, et verò angulus rectus stat in semicirculo suae hypotenusae: et hunc semicirculum, ut suprà dictum, proximè tangit ecliptica in medio. Si cornu visum in ecliptica, centrum igitur Lunae visum est nonnihil in austro. Angulus igitur, qui formatur lineis, quae stellas et centrum connectunt, obtusus erit, et sic sanè fuit annotatum. Si centrum Lunae visum fuit in austro, quare etiam cum aequaliter à stellis abfuit, paulò quid minus tribus minutis distitit locus ejus visus à loco ecliptico, stellarum intermedio, propter inclinationem lineae stellarum ad eclipticam. Computetur vera Lunae distantia a centro umbrae vel ex intervallo temporis ' a medio eclip- *XV, 53ᵛ* sis, vel ex annotata quantitate defectus, et redigatur locus verus in visum adhibitis parallaxibus. [...]

Ergo si aequaliter abfuisset Luna ab utrâque stella, tunc locus prioris stellae emergeret 27°54′ ♊, sed quia Luna illi adhuc propior, fuit igitur prior stella paulo ultra 27°54′ ♊, sed ponitur in 28°8′ ♊, differimus ut prius per 14′ paulo minus, nam intra pauca minuta additur, jam aequalem fuisse distantiam.

Consulatur denique etiam h. 18.18, tunc enim Luna et posterior stellarum ad visum jungebantur secundum longitudinem. [...]

Visus locus ☽ in ecliptica 29.59.0 ♊ 16.59 Visa lat. austr:

At calcis ♊ locus in 29.59.0 ♊ a Tychone reponitur. Quod hic intervallum locorum nullum est, id difficultati tribuendum observandi in tanta claritate Lunae, ubi stella non aliter nisi telescopio et sola videri potuit, ubi nec eclipticae polus in conspectu. Et quid si linea non in centrum Lunae tetendit, sed simpliciter in Lunam? '

Colligere aliquid ad hujus rei discretionem etiam ex hora 18.3 poterimus: Tunc enim *XV, 54* stella jam erat humilior imo Lunae margine; distabat autem margo paulo plus quam

instrumento capio, centrum igitur Lunae circiter 30′ aberat a stella. Et quia idem altius erat stellâ plus quam semidiametro ☽, plus igitur quam 16′21″. Quod si hac altitudinum differentia fuisset 22′, jam tunc igitur angulus inter verticalem et lineam ex stella in centro fuisset semissis recti; jam igitur assecuta fuisset Luna stellam. Angulus enim hic in hac altitudine siderum est semissis recti.

Ecce A.R.M.C: 176.4. Nonag: 2.52 ♍. ☽ 0.32′6″ ♋, lat. 28′30″. Ang: or: 48.15 {...}

Igitur si altitudo lunaris centri visa superasset altitudinem stellae per 23′46″, conjunctio fuisset secundum longitudinem. At superatio agnita est major quam 16′21″, imò major quam ampliata semidiameter ☽ in oculo meo. Itaque aut non multò alia quàm 23′37″ aut forte major. Sed visa longitudo ☽ fuit 29°54½′, igitur etiam stellae tanta fuisset, eratque verè; vel certè minor.

Tribus igitur momentis conficimus, fixas fuisse minimùm 5′ scrupulis, duobus verò certioribus momentis planè 15 vel 14 scrupulis anteriores per calculatum locum centri umbrae ex Tychone. Atque hoc est illud mirabile, quod me tamdiu torsit, quodque concoquere non potui, priusquam omnes eclipses examinassem. Nam ex observationibus annorum 1588. 1598. 1599. 1603 patuit, fixas promovendas respectu Solis loci. At postquam examinavi eclipsin anni 1601, in eodem signo ♊, vidi, tunc vel loco suo fuisse fixas, vel idem accidisse, quod in hac. Vide et ecl: 1620.

Locatione hac fixarum salvatur etiam pulchrum illud et planè geometricum spectaculum, quod h. 16°18′ linea per apices cornuum ducta veniebat in stellam posteriorem, linea huic perpendicularis ex centro in priorem. Nam etsi, quod Maestlinus me per literas monuit, nihil certi sequitur ex hoc angulo linearum recto, cùm is in omnibus punctis semicircumferentiae in stellas terminatae stare possit; at simul hoc incidit, ut[1] *XV, 54ᵛ* distantia Lunae à stellis esset quam proximè aequalis; quo simul considerato sequitur jam ultrò certus puncti abscessus, in quo puncto secabant sese lineae, quod erat altius centro Lunae; nimirum erat ille quam proxime tantus, quantum dimidium stellarum intervallum, sc: 55′30″. Et hic abscessus puncti à lineâ stellarum, extensus versus ecliptica, pertingit exiguo spaciolo in septentrionem, quia tanta est latitudo loci inter stellas intermedij, ecliptica verò semicircellum secat versus anteriorem. Rectè itaque prodit ex calculo meo latitudo centri visa australis. Optarim tamen paulo majorem illam, quasi minor latitudo Lunae septentrionalis, major defectus, et nodus ♈ sequens reductior in antecedentia requireretur.

XL. Eclipsis Lunae anno 1620. $\frac{4}{14}$ Junij.

Haec eclipsis Tubingae à Maestlino est observata (ut ab ejus filio ad Landgravium Hassiae Philippum perscriptum fuit) coelo valde nubilo, nec oculis astronomicis. Initium ex alt: Arturi 43°20′ colligitur h. 11.36. Tota immersa alt: Arturi 32, id est h: 12.45. Finis morae h. 14.16, ex alt: Arturi 17. Mora igitur fuisset h. 1.31 et medium h. 13°30½′. Incidentia h. 1.9. Et per analogiam finis eclipsis h. 15.25. Duratio h. 3.49.

Stuccardiae Rittelius principium idem, ejusdem Arturi altitudine 43°, Lunae 16°50′. Tota immersa in altitudine 30°30′. Principio emersionis, altitudo Aquilae 48°, cùm in arce sonuisset h. 2°15′, cùm horâ 2°0′ Arturi altitudo fuisset 19°. Quae consentiunt cum observatione Tubingensi[1]; ubi meridianus proximè idem. Nam si horâ 2 Arturi altitudo fuit 19 Stuccardiae, post minuta 16′ omnino erit ejus altitudo 17° Tubingae. Mirum autem, si fortuito fieri potuit, ut utrinque eundem errorem errarent.

[1] *Randbemerkung* Tubingae Stuccardiae

Putzbachij[1] contendunt Landgraviani[a], visum initium h. 11°18′; immersionem h. 12.28, ubi tempus quidem incidentiae idem, at in horologio videtur error fuisse, nam locum hunc nihil ultra 3 minuta occidentaliorem esse Tubingâ, tabulae sinunt.

* Sulzae ad Rubeacum[2], in confinibus Alsatiae et Lotharingiae, Jo: Remus Quietanus principium notavit h. 11°23. Ingressus totalis non animadversus circa h. 11.30 propter lucem secundariam, quae duravit usque ad h. 12.48. Horâ 12°43′ visa est stellula ad minuta 4 vel 5 perpendiculariter infra Lunam. Inde h. 13.54 per nubes et crassissimum aerem Lunae corpus iterum apparuit. Hinc differentia meridd: Tubingae et Rubeaci vel Sulzae esset 13: at tabulae nihil ultra 8 admittunt.

* Extat et mea observatio Lincij habita sermone vernaculo conscripta et edita Ulmae.[1]

Principium ex altitudine Arturi simplici quidem perspicillo h. 11°51′, at telescopio h. 11°53′ ad sinistram paulò supra medium. Corporis pars obumbrata videri non potuit. Superfuerunt autem h. 12.38 circiter 7′, dimidium sc: ejus, quod telescopio meo capio. *XV, 55*

Hora 13°0′. Vix tenue vestigium de lumine Lunae apparuit, quasi stella primae magnitudinis: cum tamen appareret ramus uterque viae lacteae.

Hora 13°6′. Adhuc quasi fixa obscura in loco, ubi se Luna condiderat; erat propemodum in unâ recta cum una in humero Sagittarij et unâ in Sagitta, nonnihil tamen australior. Crediderim fixam illam fuisse, quam sub Luna vidit Remus, nisi et hoc lucis vestigium paulò post disparuisset. Hic igitur fuisset Luna totaliter immersa; essetque tempus incidentiae h. 1.9, idem quod caeteris. Luna penitus disparuerat coelo puro, stellis Sagittarij et viâ lacteâ apparentibus.

Hora 14°8′ cepit diluescere. Vidi tamen stellam in capite Ophiuchi usque ad h. 14°23′. Tunc h. 14.32 rursum apparuit tantum lucis, quantum h. 13.0, idque paulo supra sinistrum medium Lunae marginem. Itaque medium esset h. 13°46′. Et mora dimidia[b] h. 1°32′, ut et Maestlino ferè. Sursum ad sinistram vergebat haec lucula. Hora 14.52, rursum 7′ minuta lucebant, ut h. 12°38′. Per has duas phases medium referretur in h. 13°45′: ferè ut prius. Itaque, si quantum est ab h. 11°51′ in h. 12.38, scilicet 47′ addideris ad h. 14°52′, finis emerget h. 15°39′. Sanè h. 15°32′ in altitudine 3°20′ deerat quinta vel sexta pars diametri, quantum in aurora potuit aestimari, cum Luna post montem abijt. Ita duratio fit h. 3.48 vel h. 3.51.

Considerato igitur initio Lincensi et collato cum caeteris, inveniretur differentia meridd: Tubingae et Lincij tantum 15, Rubeaci et Lincij 28.[3] Et tabulae hanc quidem ferè admittunt, illam verò sex minutis augent, ut etiam eclipses caeterae. Concludimus igitur, non repugnantibus ne ipsis quidem observatoribus, Tubingensem observationem post principia factam minutis circiter 6, tunc enim conciliatur cum Rubeaquensi, cum Lincensi et cum tabulis.

Calculus Tychonis, cui aequatio t. 2′7″ sub:

{...} ☉ 24. 4.46 ♊ ☽ 24. 4.33 ♐ 8.38 Lat:
{...} Mora dimidia 55.18
Duratio dim: 2. 7.12

Medium calculus Tychonis assequitur praecisè.
Duratione et morâ excedit observatum.[1]

[1] *Randbemerkung* Putzbachij.
[2] *Randbemerkung* Sulzae ad Rubeacum.
[3] *Randbemerkung* Rubeaci, Tubingae, Lincij long.
[a] *Kepler* Langraviani
[b] *statt* mora dimidia *nur* mora

XV, 55r Calculo meo sic

{...}	☽ 24. 1.33 ♐	♌ 26. 9. 8 ♐	{...}	Dim: duratio h.	2. 5
Requisitus	6. 6	☉ 24. 5.32		Mora dim: h.	0.58
	4.33	2. 3.36		Incidentia	1. 7
		Reductio 34		Lat: 11′23″ Simpl: 10.44	

Post minuta 10 sequitur ☍ vera, obscuratio maxima.

In Sole abundo uno scrupulo, ad metam etiam obscurationis maximae addo semissem, quibus conficiuntur temporis minuta 3, reliqua 7′ sunt ex eo, quod parvam aequationem versus apogaeum addo. Ita Tycho tenet observationem ipsissimam. Ego illam insequor post minuta paucula. Nam aequatio temporis physica est mihi 4′55″ sub: hic add:, ita tardius indico medium per minuta 7.

Sed duratio in utroque calculo magisque in Tychonico est manifestè major justâ et observatâ; incidentia paulo minor: quibus rebus argui videtur latitudo major. Sit enim dimidia duratio h. 1.51 {...} mora dimidia 20. Incidentia 1.31.

Hic incidentia fieret nimia. Non potest enim ultra h. 1.17 ad summum extendi. Praetereaque promotio nodi prodigiosa fieret. Quibus angustijs eo manifestè adigimur, ut dicamus, umbram Terrae hac vice fuisse parvam praeter solitum.[1] Ac nescio an quid ad rem faciat, quod annotavi, coelum in ortu ferruginei coloris, Lunam rubicundam praesertim occidentem: quodque Luna usque adeò delituit, ut penitus amitteretur. An densior aliqua materia, pellucida tamen, totam Terram amiciebat, quae refractos Solis radios clarissimos ex partibus marginum Terrae adversis in oppositos umbrae margines mitteret, ut in schemate *Opticorum* fol. 279. *οεηQωφϱ* et *νλγιQψχτ* ex parte unâ, sic *XV, 56* *ξδζPωψσ* et *μκβϑPφχυ* ex parte vel plagâ altera: ut sic rubor Lunae in densa [1] aurâ non distinctus fuerit, et Luna B in regione quidem umbrae consistens, extra tamen umbram in lumine censeretur. *

Addant etiam inclinationes suum testimonium[2]: nam et principium obscurationis, et principium repletionis utrumque vergebat a medio Lunae margine sursum paululum. Atqui in principio ecliptica a meridiano versus Lunam a sinistris appropinquantem tendebat insensibili aliquo deorsum: si ergo margo Lunae superior medio sensibiliter delibavit umbram, Luna australis fuit sensibiliter ab eclipticâ. In principio vicissim repletionis ecliptica à centro umbrae, quod jam multum transiverat ad dextram, tendebat versus sinistram sursum, sensibiliter valde. Quodsi etiam linea per centra tetendit sursum ab eodem centro umbrae sensibiliter: Luna igitur eclipticae fuit vicina valdè, sive in boream transgressa, sive in austro restans. Quantitates non sunt determinatae; supersedeo igitur computatione angulorum. Sufficit, inclinationes latitudini (quod non ita magna fuerit, ut duratio per legitimam umbrae diametrum postulare videbatur) testimonium praebere eminus.

Fixam, quam vidit Remus sub Luna, minimarum unam esse puto, quae solo telescopio videntur; nihil igitur conducit ad examinanda loca fixarum.

XLI. Eclipsis Lunae anno 1620 $\frac{29\text{ Novembris}}{9\text{ Decembris}}$

Hanc eclipsin observavi Stuccardiae adjutus à Frid: Rittelio et alijs matheseos studiosis: extatque cum superiori impressa. *

Luna orta in parte caeli nubila. Ut primum emersit e nube, defecerant digiti 8. Alt: 24

[1] *Randbemerkung* Umbra in angustum contracta
[2] *Randbemerkung* Ex inclinationibus de latitudine

24°20′, hora igitur 4°54′. Alt: ♃ 26°30′ perierant 10 digiti, alt. ♃ 27°40′ nondum tota erat immersa, sc: hora 5°15′. At cum esset oculi ♉ altitudo 13°25′, sc. horâ 5°16′, jam tota erat in umbrâ, lucidior tamen ad occasum. Tunc Luna erat alta gr: 11 circiter. Appropinquabat lineae cornuum Tauri, cui phasi diligenter intenti fuimus.

Horâ 5°36′ adhuc erat lucidior pars ad occasum aequabatque lumine oculum Tauri vicinum.

Horâ 6.10 jam lucidior erat ad sinistram sursum versum, cum tamen Luna in australi parte umbrae incederet. In altitudine Jovis 39°24′, Saturni 10° circiter centrum erat in lineâ cornuum exactè. Hora ex Jove 6.30, ex Saturno 6.35 circiter.

In alt: ♃ 42.30 jam ceperat emergere, mira facie, margo luminosus versus ♄ et pedem ♊, rubor versus caput Erichthonij. In medio angulus ater, meram lucem a rubore discriminans, specie vomeris. Hora indicatur 6.51. Paulo post alt: oculi ♉ 30° dedit horam 6.57.

Cum oculus ♉ attolleretur 39°, sc: horâ 7°54′, tota emerserat, superius tamen atra macula restabat, et splendor ille superfluus circa Lunam adhuc frangebatur in meis oculis. Rittelius non pronunciavit liberam, usus telescopio, usque dum oculus ♉ attollebatur 39°45′, id erat hora 7.59.[1]

Cum igitur h. 5.16 tota mersa sit, h. 6.56 ceperit emergere, tempus morae fuit h. 1.40 *XV, 56ᵛ*
et obscuratio summa h. 6.6. Tempus emersionis h. 6.58: si tanta et immersio statuatur,
principium cadet h. 4.18 paulo post[a] ortum Lunae, Sol enim purè occidit h. 4.6. Ita
duratio conficeretur h. 3°36′, sed ex Rittelij indicio h. 3.46 et t. incidentiae h. 1.3.

Calculus Tychonis, cui aeq: t. 4′10″ subt:

{...} ☉ 18.10.33 ♐ ☽ 18. 6. 2 ♊ Latit: 9.15
{...} Dimidia mora h. 0.47. 3
Dimidia dur: h. 1.52.46
Tempus incid: 1. 5.43

Sequitur vera ☍ observatum minutis 8: duratio sic satis bene convenit cum observatione. Sed mora fit brevior observatâ: quia diameter umbrae ap: Tychonem non est geometrica, sed contractior.

Calculo meo sic.

{...} ☽ 18. 1.32 ♊ ♁ 16.44.31 ♐
Requis: 18.10.16 18.10.40
Diff: 8.44 1.26. 9
Redu: 24
Requis: 18.10.16
Lat. 7°′56″ Simp. 7.29

Post minuta 15 obscuratio maxima colligitur. Ita sequor calculum Tychonis minutis 7 in tempore medio: quia versus perigaeum magnam aequationem subtraho. Mora fit longiuscula h. 3.50 pro h. 3.36 vel 46, ut et duratio h. 1.2 pro 0.58. Sed tempus incidentiae sat benè habet. Tolerabilia omnia.

Duratio dimidia h. 1.54.56
Mora dimidia h. 0.53. 2
Tempus incid: 1. 1.54

Aequatio temporis physica hic mihi est nulla, quare computo medium Stuccardiae hora 6.17 apparenti, per 11 serius observato, per 4′ serius Tychone.[1]

Ad exploranda loca fixarum[1] ad horam 6.30 initio constituatur locus Lunae verus. *XV, 57*

[1] *Randbemerkung* Fixae
[a] *fehlt bei Kepler*

Cùm enim horâ 6.6 fuerit in 18°10′16″ ♊ secundum orbitam, in eclipticâ verò in 18°9′25″ ♊: inde verò ad nostrum momentum sint minuta 24′, quae de horario Lunae a fixis 36′7″ absumunt 14′26″: Verus igitur locus Lunae fuit 18°24′18″ ♊, latitudinis arcus 9′18″ meridi:

Quaerentur jam parallaxes[1]

{...} Parall: long: 36.47 Lat. 44.25
Visus locus ☽ 19. 0.40 ♊ Vera lat: 9.18
Visa lat. 53.43 merid:

{...} Ergo differentia longitudinis Lunae et cornu australis est 23.30, quae addita ad visum locum ☽ constituit locum cornu australis 19.24 ♊. At Tycho collocat in 19.29 ♊. Fixae igitur hac vice sunt per 5 loco anteriori. Idem verò et in eclipsibus ann: 1601.1619, quae ibidem visae sunt in signo Geminorum, apparuit:[1]

XV, 57ʳ

XLII. Eclipsis Lunae anno 1621. $\frac{18}{28}$ Novembris

Observata est a me Lincij. Horâ 14.0 horologij provincialis jam animadversa obscuritas in summo, cum tamen horâ demum 14°30′ ejus inciperet, quasi ad sinistram de summo margine. Erat altitudo Lunae 48.20, adde 40′ parallaxin altitudinis, vera igitur al: 49°0′. Et erat hora una ante oppositionem. Ergo Luna in 6°34′ ♊, lat: 0.48′ circiter austr: Ergo declinatio centri 20°32′ circ., A.R. 64°. Hinc hora correcta 14°.33′.

Horâ 3°15′ aequiparabam sectionis umbrosae longitudinem quasi basi isopleuri in disco Lunae, et forte major erat. Cum autem sola recta trianguli aequilateri quartam diametri, id est tres digitos intercipiat, curva igitur sectio umbrae interius penetrans hoc momento plus quam 3 digitos absumpserat.

Finis observatus est post usualem h. 14°30′ in alt. 29°30′. Adde parallaxin alt: 52′ et reliqua ut in principio corrige, proveniet h. 16°34′. Duratio h. 2.1 et medium h. 15°33′30″. Uraniburgi hoc fuit 15°23′30″.

Calculus Tychonis, cui aequ: t. 7.20 subt:

{...} ☉ 7. 6.12 ♐ ☽ 7. 4.48 ♊ Lat. 49.18
Quinque minutis posterius 59.43
est vera oppositio. Sc: defectus 10.25
{...} Sc: durat: dimid: 33.45 Digiti 3°46′
Dimidia duratio h. 1. 9.15 Nimia.

Calculo meo sic.

{...} ☽ 7. 5.51 ♊ ♑ 27.58.33 ♏
Requis: 7. 4. 3 ☉ 7. 6.22
1.48 9. 7.49
Scr: def. 10′46″ 2.19 Red.
Digiti supra 4° 7. 4. 3 Requis. Arcus latit. 50.13
{...} Dimidia duratio h. 1°9′40″ Digiti 10′57″

Quia parvam aequationem subtraho, ideò praevenit calculus meus Tychonicum ra-

[1] *Randbemerkung* Parall. sine tab: ang: Casus II ut in XXIV

tione temporis medij, tanto magis, quia demo quid metae obsc: maximae. Sed physica temporis aequatio 1′ subt:, hic addita, dat Uraniburgi obscurationem h. 15.13, Lincij h. 15.23, decem minutis ante observatum, quindecim ante Tychonicam oppositionem.

In utroque verò calculo et quantitas et duratio nimiae arguunt hac vice lat: majorem, quare nodum ☊ remotiorem in antecedentia. [1]

XLIII. Eclipsis Lunae anno 1623. Die $\frac{4}{14}$ Aprilis, post sequentem mediam noctem. *XV, 58*

Steti accintus in jugo montis, vespera enim pollicebatur serenitatem. Verùm a media nocte nubes coortae principium obtexerunt. Circa medium vidi cornua sursum versa; nihil potuit aestimari ob raptos intuitus brevissimos. Erat quasi hora una ante Lunae occasum. Finis rursum fuit immersus aeri nubiloso et aquoso, ut nihil de Luna cerneretur. Visa est tamen per nubes praevertisse exspectationem cum suo initio.

Calculus Tychonis, cui aequatio tem[1]:
Calculo meo sic.

(...) ☽ 24.57.31 ♎ ☊ 1.23.21 ♏
☌ ☉ 24.55.49 ♎
6.27.32 Lat: 35′45″. Meridd. Simpl: 33′43″

(...) Dimidia duratio h. 1.32.51
Medium h. 17.15
Finis h. 18.47.51 Uraniburgi
Differentia meridd: 10
Aequatio t. mea 20 Adde ad medium
Finis h. 19.17.51 Lincij apparenter

Si praecisa esset observatio, quod hora una ante ortum Solis cornua essent versa sursum, Sol quidem oritur hora 17.16. Cornua verò sursum vertuntur ante medium in quadrante occidentali. Medium igitur fuisset post horam 16.16 paulò. Atqui computo medium h. 17.45 Lincij[2]: Ergo haec observatio anticiparet calculum meum. Sed nihil certi colligi potest ex illa solitudine, ademptis stellis et horologijs. [1]

XLIV. Eclipsis Lunae anno 1624. $\frac{3 \text{ Aprilis}}{24 \text{ Martij}}$ *XV, 59*

Pluviae densissimae coelum contexerunt Lincij. Pluviae etiam Stuccardiae erant. Sed tamen ruptis vento nubibus emicuit eo loco Luna tota laborans in umbra colore fusco, * subrufo, ~~fesselbraunroth~~, ut scribit Fridericus Rittelius; nequaquam adeò nigra ut alias. Cum inciperet emergere, erat alt: Arcturi[a] 20, post 2 minuta circiter sonuit septimam in urbis horologio, male, inquit, directo. Cum lucerent 3 digiti, Arturi altitudo 22.45 circiter. Cum dimidia luceret, alt: Arct[b]: 24.18 circiter. Finem furtim rapuit detectis ad momentum nubibus. Post 2 circiter minuta sonuit 8. Sed altitudines dant haec momenta 7°32½′; 7°49½′; 8°0′. Finis ergo h. 8°32½′. Pro emersione dimidiae habemus 27½′, sat bene, et media altitudo arguitur nimia.

[1] *Rechnung nicht ausgeführt*
[2] *Randbemerkung* Nota eclipsis ☽ maturior in 25
[a] *Kepler* Arturi
[b] *Kepler* Art:

Calculus Tychonis, cui aequatio t.[1]
Calculo meo sic

			{...}	H. 0.54.33 mora dimidia, H. 1.55. 2 dimidia duratio
{...}	☉	14.29.47 ♈		Aequatio temporis mea 18 ad: ad medium
	☊	12.36.46		Differentia meridd. 10 adde
		1.53. 1	Lat. 10′24″	Ergo medium h. 7.25 Lincij apparenter
Reduct.		32	Simp: 9.52	Emersio h. 8.19½
Requisitus		14.29.15		Finis h. 9.20

Debuit haec eclipsis Stuccardiae desinere secundum meum calculum paulo ante h. 9. In aequatione temporis plus addidi quàm Tycho 13½′. Quod si bene observavit Rittelius, maturior fuit utroque calculo.[2] ¹

XV, 60

XLV. Eclipsis Lunae anno 1624. $\frac{16}{26}$ Sept:

Etsi aer initio visus est aliquanto crassior, ab ortu tamen Lunae usque ad finem eclipsis fuit eximia serenitas, sic ut potuerint observari omnes phases. Luna etiam visa est tota propter intensum ruborem partis obscuratae, sic ut margo versus finem videretur, cum non plus 3 digitis in umbra delitesceret. Itaque non erat difficile distinguere inter meram lucem et secundariam, etsi haec valde fortis fuit. Si verò aer paulo fuisset crassior, proculdubio distingui non potuisset.

Initium in altitudine ☽ 10⅔°. Posito igitur loco Lunae vero 2°45′ ♈, lat. 0°58′ australi, sequitur circiter hoc tempus locus visus 3.11 ♈, lat: 0.56 aust: Ergo declinatio 0°25′ sept., et asc. r. 3.18. Hinc Lincij hora 7.6½: quae mediocriter confirmabatur etiam per intervallum ex horologio, et altitudine ☽ 3½°. Sed et post minuta 30′ observata est altitudo cornu sinistri Arietis 15°, quae dat horam 7°37′ bono consensu. Tunc plus quam dimidium diametri erat in umbra.

Eadem stella cum elevaretur 20¼, indicavit horam 7°58′. Post quatuor igitur minuta, sc: h. 8°2′, tota incidit, erat tamen, ut dici ceptum, adhuc clarissima toto margine occidentali satis lato, nec multo obscurior reliquo corpore.

Orta postea fuit infima quinquanguli in Heniocho, quae pingitur sub retinaculo, ortus et oculus Tauri super montes, ergo post horam 8.48. Inde abierunt 8 minuta, sc: versus nonam, cum potior limbi claritudo fuit infra ad sinistram, summa obscuritas inter summum et dextram. Id erat argumentum summae obscurationis, sed jam oportebat transijsse medium, si umbra circumcirca fuisset aequaliter diluta.

Ortum deinde fuit supra montes cornu Tauri posterius: sc: post horam 9.24. Et hinc elapsis alijs 16 minutis cepit emergere: post tria minuta fuit altitudo Lunae 34½, arguens horam 9.50. Emersio igitur cepit h. 9°47′ ad sinistram paulò inferius. Post quadrantem erat liberata semissis circumferentiae, post tria circiter minuta semissis diametri: post alia 19 dodrans circiter. Post quadrantem nondum plane finis erat, sed statim est secutus. Et post 2 minuta fuit alt: ☽ 39⅔, qua signatur hora 10.46. Igitur finis erat h. 10.44. Desijt ad dextram paulo admodum superius, ut vix agnosceres. Ita colligitur duratio h. 3°38′. Mora in umbrâ h. 1°45′. ¹

[1] *Rechnung nicht ausgeführt*
[2] *Randbemerkung* Nota eclipsis ☽ maturior in 14½ ♎

Calculus Tychonis, cui aequatio temp:[1] *XV, 61*

Calculo meo sic

{...} ☉ 3.55.34 ♈ ☊ 6. 3.17.23 ♎ Lat. 3.32 aust.
☽ 3.55.34 Requisitus Sim. 3.20

{...} Initium 6.35.14 {...} Mora dimidia H.0.56.48
Incidentia 7.33. 8 Duratio dimidia H.1.54.42
Medium 8.29.56 aeq: temp. physica 12.4 add. ad ap:, hic subt.
Emersio 9.26.44
Finis 10.24.38

In medio deficit calculus per 2½, in mora excedit per 9½, in duratione excedit per 11½.

Consideratio morae et durationis

Regrediamur ergo in calculo, quasi pro investigatione nodi correcti. Et sit duratio ut observavi h. 3.38, dimidia h. 1.49. {...} Scrup: morae dim: 24′24″ Mora dimidia 0.44.16.

Apparet, quatuor integrorum graduum retroductione nodi nos vix assequi justam durationem, stante hac diametro umbrae. Et tunc mora fieret minor observatâ. Ergo hic, quia luxatione nodi non possumus juvari, arguitur semidiameter umbrae nimia. Atqui eam non licet nobis mutare per alias eclipses, est etiam revincta demonstrationibus geometricis ' à parallaxibus et semidiametris luminarium. Explorabimus tamen, *XV, 61ᵛ* quantum mutetur, stante hac latitudine calculi. Lat. 3′32″ {...} ergo semidiameter umbrae 44.15.

{...} Mora dimidia 51.49 paulò minor quam dat observatio. Ita conciliantur quam proximè observatio durationis cum observatione morae. Ergo hic valet diminutio umbrae optica, quam nullatenus admittit geometria. Adde enim ad 44.15 sic elicitam semidiametrum ☉ 15′33″, quae certo non est alia, conflabis 59′48″, quae debebat esse summa parallaxium ☉ et ☽, cum tamen sit certo certius, parallaxin solius ☽ hic esse 62′ circiter: Est igitur et hoc aequè certum, semidiametrum umbrae geometricae esse majorem, quàm quanta prodit ex observatione; quia nimirum umbra ob causas physicas et opticas hac vice contractior fuit. '

* XLVI. Eclipsis Lunae anno 1625. 13./23. Martij nocte seq. *Fr. III, 631*

Nubila quidem nulla, sed totus aer adeo crassus erat, ut Jupiter videri non posset, quamvis Lunae vicinus staret hora prima post mediam noctem. Cum jam a dimidio horae quadrante visa esset pallere ad sinistram infra, ut solet ante initium, etiam cum pura est aura, jam tamen discerni non potuit, essetne initium, adeo coelum erat turbidum et quasi nebulosum, sic ut paulatim enasceretur halo circa Lunam; videbatur illa veluti per aquam dilutis marginibus.

Post quadrantem ad sinistram infra pallor quidem erat, obscurum tamen, ex debilitatione an ex aliquo defectu orae rotundae. Post alium quadrantem infra parumper ad sinistram erat pallor vix agnoscendus, aspectu Lunae magis magisque confuso. Post tres quadrantes pallor fere infra, defectus incertus, nec facile quis aliquid desiderasset, nisi de defectu prius admonitus. Post 10′, quamvis nihil certi de defectu, tamen si quis diligentius lustraret, pallor erat quasi in imo. Itaque h. 1.55′ medium fuisset, quia oritur 4° ♉, ut sit ☽ in Nonagesimo. Quadrante post h. 2 adhuc nihil aliud judicari potuit, quam

[1] *Rechnung nicht ausgeführt*

quod pallor sit infra. Post 2 quadrantes ultra 2 vix conspecta Luna, aer paulatim in nubem.

Calc. TYCH. cui aeq. tem. 1′12″ subt. ab app. hic add. (*vacuum spat.*).

Calculo meo sic. {...}[1]

Fr. III, 632 {...} ♃ 23.50.44 ♍

☽ 3.40.10 ♎ ☉ 3.42.30 ♈

Requis. 3.40. 1 9.51.46

9″ 2.29

Lat. 54′21″, simpl. 51′19″. Requis. 3.40. 1 ♎

Tempus correctissimum h. 13.42′42″. Lincij 13°52′42″ aequali sc. defectus 5′52″

54. 6 semid. ☽ 15.14

Initium 12.58.36 aequali dat. dig. 2.18.[a]

Tempus dim. dur. h. 0.54. 6. Finis 14.46.48 aequali

Hic caderet medium per aequationem Tychonicam in h. 13.53′32″, Copernicanam in h. 13.44′27″, meam in 14.7′21″. Igitur secundum observationis indicia satis dubia medium incidit h. 13.55′ circiter.

[a] *Frisch* 3.18

Conspectus eclipsium

1619. Dec.	1. 2		1577. 2 Apr:	31		*XV, 107ª*
1619. 26 Jun.	3. 4		1577. 26 Sept.	32		
1617. $\frac{6}{16}$ Aug.	5. 6		1592. 8 Dec:	33		
1616. $\frac{16}{26}$ Aug:	7. 8		1598. 6 Aug.	34		
1584. 7 Nov:	13.14		1598. 12 Feb.	35		
1588. 3 Mar.	15.16		1592. 14 Jun:	36		
1573. 8 Decem:	17		1596. 2 Apr.	37		
1572. 25 Jun.	18		1594. 18 Oct:	38		
1595. 14 Apr.	19		1607. 26 Aug:	39.40		
1595. 7 Oct:	20		1596. 10 Octo:	41		
1581. 15 Jul:	21		1603. 14 Maji	42		
1580. 31.Jan.	22		1603. 8 Novem:	43		
1581. 19 Jan.	23		1609. 6 Jul.	44		
1599. 31 Jan.	24		1587. 6 Sept:	45		
1605. 24 Mar.	25		1590. 30 Dec:	47		
1605. 16 Sept:	26		1590. 6 Julij	46		
1578. 15 Sept:	27		1620. [4 Junij]	29 Nov:	48	
1602. 25 Maji	28		1620. 4 Junij	49		
1601. 29 Nov:	29.30					

⌜...⌝

Ex eclipsibus Lunae recentissimis hypothesin Lunae probare: tam longitudinis, quàm latitudinis.

XV, 67 (1)

1. Praesupponitur forma hypothesis longitudinis ut in planetis caeteris. Et in ipso articulo medij eclipsis sint extinctae inaequalitates menstruae.

2. Sumatur medium eclipsis ex latitudinis rationibus: quando scilicet recta ex centro umbrae perpendicularis est in orbitam Lunae. Hinc sit regula.

3. In omni medio eclipsis temporali et quantitativo, Luna propior est nodo vicino quam Solis oppositum seu umbrae centrum.

4. Dato igitur momento eclipsis aequalis temporis, et assumpta eccentricitate, datur locus apogaei et aequatio et motus medius. Et vicissim

5. Dato momento eclipsis aequalis temporis et assumptâ aequatione, vel apogaeo cum motu medio, datur eccentricitas.

6. Si Luna fuerit circa anomaliam mediam, minima mutatio aequationis dat maximum errorem in apogaeo.

7. Datis momentis duarum eclipsium aequalis temporis, datur motus medij differentia, datur et elongationum verarum à vera Solis differentia, scilicet nihil ferè. Datur igitur summa vel differentia aequationis utriusque. His si addatur locus apogaei, cogitur certa quantitas eccentricitatis. Et vicissim assumptâ eccentricitate, sed eâ non liberâ penitus, cogitur apogaeum. Hîc verò utendum est motu apogaei ad tempus interceptum; qui sat certò est cognitus ad hoc opus.

8. Datis igitur tribus eclipsibus, necessaria fit tota hypothesis.

9. Aequatione temporis utemur trifariam: primum omissâ physicâ, secundo adhibitâ physicâ simplici; tertiô duplicatâ physicâ.

Prima eclipsis[1]

Anno 1619 nocte quae secuta est 20 Decembris, horâ post mediam noctem Lincij 3°48′ apparenti, Tubingae h. 3°27′ egregio consensu

sub: 1.21 Aequatio astron: sed physica
H. 3.46.39 simplex 2.37 add:, duplicata 5.14 a.

[2]Vide schedam

Age ordine 1618 — 27.12.44.39 — 7.29. 4.16 — 9.24.45.34
Nov. — 334.
Uranib: 9.15.36.39
370.28.21.18
Revol: XIII 358. 5. 1.34 — 1. 9.54.33 — 0.18.58. 8
12.23.19.44 — 9. 8.58.49 — 9. 5.47.26
35.55 5.19.45.39 41.13
51300 11.49 25 Corr.
111170 ☽ 5.28.56.17 ♊ ♌ 9. 5.31.13 ♉
162470 ☉ 29. 2.34
6.38.39
1.47
Locus ☽ requis: 29. 4.21 ♊[2]

Hic differentia meridd: Tubingae est Lincij 21.

Locus ☿ ☉ in 29. 2.34 ♊ Aequatio ☉ ex loco perigaei 6. 3.52 ♉
☽ in 29. 4.16 ♊ 29. 2.34 ♐
1.42 Compl: an: coaeq: 7. 1.18
14.48 Aeq: 14′48″ Add.
Superatio ☽ 16′30″

An: ecc: 169
Nodus ♌ 5.35 ♋

Parall.[3] ☉ 1′ 2″
Parall. ☽ 63.37
64.39
Sd. ☉ 15.33
Umb: 49. 6
Sd. ☽ 16.21
65.27 Ant. 18.120 Inter c: 35.50 Ex dist. 6.28.39
Inter cent. 36.27 Ant. 5.620 Sd. ☽ 16.21
12.500 dat 54′21″ 52.11
Horarius a ☉ 35.57 — Log: 51 230 Umb: 49. 6
65.27 Superfl: 18.24 — Log: 118 250 3. 5 Sc: superstitia
35.52 67 020 27.45 Novies
29.35 Dim. dur. h. 1.30.42 32.41 Diameter ☽
Tota h.3. 1.24 Non exactissimè congruit.[1]

[1] *Randbemerkung* [Nota si 12 minutis erraretur ratione ea quod ☽ 22′ circiter minutis anterius vel posterius ad Solem veniret, tunc varietas in latitudine existere unius minuti videtur: at non est quia nodus ad Solem alligatur, nec extra ☿ ☉ est eclipsis.]

[2–2] *am Rand, quergeschrieben; Zahlen nicht immer eindeutig.*

[3] *Randbemerkung* Haec posterius addita ex correct: 11 Apr: 1620.

Horarius ☽ a ☉	35′28″	Cùm[1] igitur duraverit h. 3,	*XV, 67ᵛ*
Parallaxis ☉	1. 1	respondet motus 1°46′24″,	
☽	62′15″	dimidia 0.53.12.	
Summa	63.16	Hinc et ex summa semidiame-	
Semidiameter ☉	15.33	trorum arcus latit.	
Semidiameter umb:	47.43	Antilog. 12.000	
Semidiameter ☽	17. 1	Antilog. 17.74	
Summa semidiametrorum	1. 4.44	Antilog: 5.74 lat: 36′50″	
Posito angulo lat: 5°18, venit motus verus lat.		6.39.20	
		☉ 29. 2.34	
		Nodus observatus. 5.41.54	

Ex assumptis sat certis et ex computatis per observationes elicitur etiam quantitas defectus. Subtractis enim sc: arcus lat. 36′50″ a summa semidiametrorum 1.4.44, residua 27′54″[2]

ostendunt digitos sc: 27.54	– Log. 76570	Digiti pro	19.40.20
Diameter 34. 2	– Log. 56710	Ven: dim:	9.50
	19860	Restabant	2.10

Observatio mea habet, ut 9 ad 1, sic circiter fuisse diametrum ☽ dig. 12 ad lucidam, quae fiet 1.20.

* MAESTLINUS ait, *vix unius digiti quadrantem superfuisse. Conciliatur mecum eo, quod mihi semper lucida major fuit.*

Praedixit et REMUS minorem sc.

Hic mora longior dat lat: minorem, digitos pauciores, nodum igitur anteriorem.

* MAESTLINUS habet h. 3.4 durationem, quantam posui in *Ephemeride*. Haec sanè nequaquam consentit cum magnitudine defectus, stante semidiametro umbrae nostra et angulo latitudinis et loco nodi. Etenim in horario non potest esse magnum vitium, eritque 1°48′44″. Dimidius 54′22″. Esto jam quantitas defectus dig: 0.15′, ut vult MAESTLINUS: quaeritur proportio semidd: Lunae et umbrae? Est autem ponenda quantitas diametri ☽.

Sit ea	34′ 2″	Log.	56710	Ex $\overline{60}$
Quadrantis digiti duplum	30′	– Log.	387000	Ex $\overline{24}$
			443710	Ex $\overline{60}$

[1] *Randbemerkung* Corrige durationem ex MESTLINO h. 3.4.

Arcus dim. 54′22″	Antil:	12.51	Respondet motus	6°21′26″
		17.74		29. 2.34
Arcus lat: 35.10		5.23	♌	5.24. 0 ♋

Forte et Mestliniana duratio est nimia, quia nos tantum 2.59 vel 3.0 invenimus.

[2] *Randbemerkung* Corrigantur jam haec ex superioribus

35.10		Digiti pro	20.51
1. 4.44		Dim:	10.26
29.34	– log. 70760	Rest.	1.34
	56710		
	14050		

Ergo ¼ digiti valet 0′42″.
Et deficient 33.20 Log: 58790
Duplum 117580
Arcus 54.22 Log: 9872 18.31 quadri defectus
Duplum 19744 dat quadr. 49′15″
Quadratum arcus 30.44 Log. 66900
At diametri: 34. 2 Log: 56710
Ergo arcus 54.12 ——— 10190
Responderet motus lat. Ejus dim: 27. 6 est arcus inter centra
angulo magno 4°53′50″ Adde 16.19 quod deficit ultra sem:
Venit sem: um. 43.25 *

Omissa igitur Maestliniana quantitate defectus, ut nimium exorbitante (forte haeret in eclipsi 1616) consideretur hoc tantum, quibus medijs paulò minor effici possit pars lucida: Valde autem parvus est earum effectus.

1. Parallaxis ☉ major } Et duratio fiet longior
2. Parallaxis ☽ major }
3. Semidiameter ☽ minor. Et duratio fiet brevior
4. Minor angulus latitudinis
5. Nodus anterior[1]

XV, 68 (3)

2. Eclipsis Lunae
Anno 1619. nocte quae sequitur 26 Junij

Hora 12½ urbis tam parum defuit in summo ad sinistram[2], ut id per raras nubes non agnosceretur, quasi versus Lyram. H: 12¾ urbis stabat defectus praecisè supra, aestimari quantitas non potuit. Erat hic igitur paulò ante medium.

Est igitur duratio longior semihora, quia incipit ante h. 12½ et h: 12¾ nondum medium. Itaque desijt post h. 13.0.

Maestlinus dicit durationem fuisse circiter septem quadrantum horae, quod nimium est. Certi nihil ait observatum ob nubila.

Remus praedixit mihi durationem futuram h. 1°1′.

[1] *Randbemerkung*
Igitur ex correctione de 7 Apr:

Parall: ☉	1′ 2″			
☽	64.45			
	65.47			
☉	15.33			
Umbrae	50.14			
☽	16.43			
	66.57	Antil.	18.96	
Maestl: dur:	54.22	Antil.	12.51	
Inter cent:	39. 4	Antil:	6.45	
Scrupula	27.53	Log.	76600	
Diam. ☽	33.26	Log.	58510	
Pro 20.	1.13		18090	
Dimi. 10.	0.			

Duratio adhuc longior minuet latitudinem, ut locus nodi nostri congruat.

Meus ar: int: ce:	36.27	Ant.	5.62
☽	16.43		13.34
	53.10	dur. sc:	56. 8
Um.	50.14		
Optime	2.56	Duratio fit longa.	

Vide retro computationem de 11 Ap: 1620 exactiorem.

[2] *Randbemerkung* F. Rittel Stuccardiae principium observavit, cum in arce et curia opidana simul sonare 3 quadrans post 11 alt: centri ☽ 18°30′.

Pone medium fuisse horâ 12.52[1], pone etiam correctum fuisse horologium: pone tertio, durationem fuisse h. 1.45. ⌜…⌝ {…}

Ergo hic arcus lat. 50′30″ dat motum lat: à ☉ 9°9′5″, posito meo angulo latitudinis. Et quia latitudinis arcus esset 50′30″, quare hoc ablato à summâ semidiametrorum 55.55, relinqueretur scrupula deficientia 5′25″. Digiti plus quàm duo, quod certe potuissem aestimare.[2]

In *Ephemeride* perscriptum extat transversam latitudinem defectus pene aequasse semidiametrum ☽. Aequaverit 14 minuta, Horarius 27′17″

{…} Dim: dur: 34′51″[3]

Haec certè duratio h. 1 m. 10 aut eo minus, est verisimilior, quia meae observationi consentit tam in tempore, quàm in transversa prolixitate defectus; denique in motu latitudinis est tolerabilior.

Cùm autem in calculo meo prodeat minor defectus, imò vix tangatur umbra; prodest cau'sas in numerato habere, quibus defectus potest fieri major *XV, 68ᵛ*
1. si major parallaxis ☉ 2. si major parallaxis ☽ 3. si major semidiameter ☽ 4. si minor angulus latit. 5. si nodus anteriori loco.

Igitur ex correctione 7 Apr: 1620 {…} Duratio ultra horam h. 1°2.

Ex correctione 11 Apr. 1620[4] {…} Dim: dur. 40.30, tota 1°21′. Maest. 1°45. Certo nimia, ut sup.

Harum 2 eclipsium magna est opportunitas, non quidem propter tempora, quae in alterâ desunt, sed propter locum Solis certò cognitum, et quia ☽ in altera erat apogaeo vicina, in reliqua perigaeo, et quia altera septentrionale latus umbrae signabat, altera meridionale, licet superius. Itaque posito loco ☊ et angulo et diametro ☽, datur crassities umbrae, et summa parallaxeos ☽ et ☉ in utràque.

{…} ☽ 4.54.30 ♐ ☊ 14.54. 1 ♉
☉ 4.45. 9
10. 8.52
2.34
4. 47. 43 ♐
Locus ☽ requisitus

Ergo medium Huennae h. 12.38
Lincij h. 12.48 aequali
Aeq: ast: 3.34 sub: hic ad.
H. 12.51.34 apparenter.[1]

[1] *Randbemerkung* Aequatio astr: 2 ad., quae hic in majori incertitudine nullius est momenti.

[2] *Randbemerkung* Corrig(ae) ex 7 Apr: 1620
{…} Lat: ar: 53. 7
Summa sd: 58.14
Scrup: def: 5. 7

[3] *am Rand* Dimidia duratio 35.35 Duratio h. 1.11.10

[4] *Randbemerkung* Hinc explora latitudinem defectus. Est enim antilogarithmus tantus subtrahendus, ut residuorum duo arcus juncti faciant 56.31. {…} Ergo 0.255 est antilog. dim: sect: 7.45 Sectio 15.30 paulo plus semidiametro ☽. Nec enim in ipso medio vidi; et potest aestimatio fallere.

XV, 69 (5)

Tertia Eclipsis ☽.

Anno 1617. 16 Augusti. Luna oriens habuit plus quam dodrantem in umbra, cùm esset anomalia eccentri 138.39. Diameter ☽ 32.56. Hinc ablata pars quarta 8.14 relinquit 24′42″ et eo plus in umbra. Horarius ☽ a ☉ 34′21″. Ergo conficiuntur ista in 43′8″ unius horae; quare phasis nostra primo oriente Luna plus quam 43 aberat a principio, quando sc: ☽ habuit alt: $1\frac{1}{3}$, quo notatur hora 7.14. Exquiro occasum Solis consensus causâ, qui cum esset in 23°44′ ♌, occidit h. 7.3, refractè h. 7°6′. Sanè Luna in austrum projecta per parallaxin, quae superabat lat: sept., etiamque in consequentia, ultra centrum umbrae, quàmvis verè esset ante, et simul 1°20′ alta, quae secundum aequatorem extensa daret minuta 5, jam in perpendiculo erecta dare potest 8.

Itaque cepit eclipsis ante h. 6.31, puta circa 6.25, finis fuit h. 9.59. Duratio h. 3.34, dimidia h. 1.47. Medium horâ 8°12′. Aut quia finis concordat cum meo calculo, si etiam duratio concordet, ut initium sit hora 6.19, erit medium horâ 8°9′.[1]

Haec eclipsis tantum ob tempus erit utilis.

Remus scribit *illam Romae desijsse* h. 9°48′. Lincium verò est orientalius Româ per 10. Ergo id esset Lincij h. 9.58 egregiè. Calculus meus dat h. 9.59.

Tempus emersionis definit observatum esse h. 1°1′. Finis igitur morae fuit h. 8°47′, Lincij h. 8°57′. Calculus meus dat h. 8.55.

Sed repetam calculum ex emendatione 7 Ap: 1620.

Sol in 23°43′45″ ♌ Infra repeto locum ☉
♑ in 20.51
Motus lat: 2°52′45″ dat lat. 15′56″

{…}[2] Hinc tempora ex obs: Romana et Lincensi finis et morae et durationis.

		Prius	Lincii ex Romano fine
Finis Lincij h.	9.58	9.59	9.58
Finis morae	8.56.35	8.55	8.59
	1.52.27		
Medium	8. 5.33	8. 9	8.10
Initium morae	7.14.31	7.23	7.21
Initium Lincij	6.13. 6	6. 9	6.22

Emersio 0.59, Romae $0.60\frac{1}{2}$ obs. Hic omnia egregie concordant quoad durationem.

Tempus emersionis tueor ut Romae fuit observatum accuratè. Sed prima phasis mea videtur discrepare: quia ex altitudine computavi primam phasin h. 7.14, quando Luna
XV, 69ᵛ non'dum in tenebris tota, cùm tamen hic eâdem horâ et minuto computetur mersa tota.
(6) Profectò si consideretur observatio, non fuit h. 7.14.[3] Nam quia Sol occidit h. 7°3′, pone illum in horizonte, erit et centrum umbrae in horizonte, et ☽ motu vero supra horizontem, quippe ante medium eclipsis. Sub eo quidem per parallaxin, at vicissim elevata per refractionem, et quis scit, quàm magna ea fuerit. Praeterea non exprimitur, quanto minus superfuerit in lumine quàm quadrans. Amplius, quis mihi dicet, per nubem aqueam qualis lux fuerit, Solaris an lux refracta in ora Lunae occidentali. Cogito enim, quid mihi acciderit anno 1598. Si vidissem diu, minus esset dubitationis: Conspectus fuit unicus.

[1] *Randbemerkung* Ubi tamen haereo. Nam in alt: p: 50°6′ circa 20°30′ ♒ ab horâ $4\frac{3}{4}$ in h. 5 mutatur altitudo puncti eclipticae per 2°15′ circiter. Igitur 1.20 daret sanè 8 temporis vel 9, sed quantitas refractionis est incerta coelo pluvio, aurâ penitus aqueâ.

[1]Verum enimvero, quia nimium exigua haec sphaerula, nec apta ut numeri, nedum particulares orbes in eam inserantur, ideo in hac theoria rotula nobis loco sphaerae lunaris adhibenda erit, quae sese inter Jovem et Martem insinuans, satis amplum reperit spatium pro demonstranda motus lunaris varietate. Verum ad hoc opus est alia quadam eaque exigua rotula. Nam in superficie divisae rotulae comprehende $7\frac{2}{3}°$. Deinde ad manus sume aliquam materiam, ex qua etiam rotula constat, et cum hac amplitudine describe circellum eumque exscinde et per centrum rotulae duc diametrum. Amplius cape circino gradum $1\frac{1}{3}$ in eadem circumferentia et posito uno pede ad finem alterutrum modo ductae diametri, cum altero in diametro centrum imprime totamque materiam in puncto acu perpunge. Nihilominus ex illo centro et cum illa circini amplitudine describe alium circellum nigrum, qui sicut a diametro prius ducta in duo dividitur, ita tu eum amplius in 4 partes dividas, ducta perpendiculari per diametrum. Et summae parti circelli adscribe notam □, imae vero notam ♂ vel ♂. Parti sinistrae (si censeas circellum in superiori parte majoris circelli) scribe notam ♂ ♂ □, dextrae □ ♂ ♂. Postremo etiam majorem rotulam in suo centro perpunge et ex altera parte ex illo centro per perpunctum centrum minoris circelli duc nigrum circulum. Ultimo applica centrum circelli rotulae centro, centrum vero minoris circelli perpunctum applica beneficio regulae ad sexag. 3. $23\frac{1}{2}°$ rotulae. Et sicut in planetis adscribe gradus et sexagenas huic ultimo ductae lineae circulari, eritque tibi hic circellus, ad rotulam (ut docebaris) applicatus, pro sphaera lunari. *Fr. VIII, 248*

Zodiaci instructio.

Ex altera facie rotulae habes 12 puncta, per quae ex centro rotulae duc circulum et lineis per 12 puncta ductis illum distingue. Singula 12 signa[1] subdivide in 30°, dividendo primo in 5, dein in 3, denique in 2. Et signa gradus singulos punctis subtilibus, quinos lineola, denos lineola et numero. *Fr. VIII, 249*

Jam animadverte, quodnam sit futurum hujus zodiaci principium. Memineris igitur, cum supra rotulam in 12 locis perpungeres, te primum punctum fecisse post sexag. 1. $16\frac{1}{3}$. Illud igitur punctum in altera facie erit principium ♈ vel finis ♓. Quare inter illud et

[1–1] *fehlt im Ms. Wiedergabe nach Frisch VIII, 248–250*

[a] *richtig 1*

proximum ad sinistram pone medio loco signum ♈, sic inter hoc et proximum pone signum ♉, ♊, ♋, ♌ etc., ut series signorum sit a dextra sursum versus sinistram.

Quomodo haec omnia, si cui placeat, in commodiorem formam mutari possint.

In praecedente descriptione quaecunque ad rei ipsius veritatem expressa sunt, illa mutari non possunt, quae vero ad arbitrium sumta sunt, cum impossibile esset naturam ipsam imitari, diversimode etiam pro diverso artificis instituto aut conditione materiae constitui possunt. Cujusmodi sunt zodiaci et cursus lunaris circuli, quorum ille propter inaestimabilem amplitudinem, hic propter insensibilem parvitatem in sua ad ceteras sphaeras proportione exprimi in parva facie minime possunt. Unde in praecedente descriptione zodiacus minor, sphaera lunaris major justo facti sunt.

Igitur si tibi sit copia metalli alicujus (ut omnino papyrus certitudini harum rerum satisfacere non potest propter inconstantiam materiae), ista sequentia de superiori descriptione imitari poteris.

Primum dixi, rotulam esse fabricandam cum amplitudine 36 partium interiore, 40 partium exteriore. Id ita constitutum fuit, ut rotula posset inter sphaeram Jovis et Martis motari, ne tamen ulla illarum sphaerarum particula a rotula tegeretur. Verum si rotula fiat rota, h. e. si rotae amplitudinem interiorem sumas 102 partium, exteriorem pro lubitu, et inter has mediam amplitudinem 104 vel 106 partium, id in metallo multas commoditates, habebit atque etiam propius accedet ad rerum naturam, nam rotula illa complectetur omnes sphaeras; in molli vero et papyracea materia melius est, parvam esse rotam.

Secundo, in rotula 2 dixi facies instituendas beneficio perpunctionis. At si materia sit cuprea, perpunctio difficilis et indecora est. Ergo numeros 6 totiesque 60 caecis characteribus, h. e. rursum delebilibus, perfice, perpunctionem et alterius faciei distributionem omitte. Hac rotulae facie sic distributa ubi fueris usus in quaerendis apogaeis et dividendis circulis 6 planetarum, postea dele series numerorum 6 et 60 et pro iis inscribe expressis literis 12 signa zodiaci et seriem numerorum 30. Id facile fieri potest, si ex una sexagena 2 efficias signa. Divisio autem et series signorum procedat adhuc ut supra desuper a dextra versus sinistram. Atque hoc pacto jam habes zodiacum, nec opus iis, quae sub titulo *Constructio zodiaci* praecepi.

Tertio dixi, rotulae centrum esse custodiendum, relictis 12 vel 6 vel 4 brachiolis a centro ad circumferentiam tendentibus, reliquam materiam exsecandam. Id autem, cujus causa hoc praecepi, in metallo multo rectius obtineri potest, si pro totidem brachiolis arcus fiant uno mucrone, qui centri vicem gerat, deorsum vergente commissi, sic ut haec brachiorum sive arcuum commissura repraesentet formam lilii. Hoc enim facto et rotula ad extremitates brachiorum concinne affixa, reliqua rotulae materia omnis exscindi potest.

Porro in materia metallina commode etiam uti poteris regula ferrea, cum in materia
Fr. VIII, 250 papyracea tibi filum suffecisset. Regulam hanc oportet habere ' longitudinem semidiametri rotae. Hac assumta regula jam etiam commodius exprimemus lunarem sphaeram, si enim exigua rotula, quam supra dixi conficiendam, regulae affigatur. Illam jam sic fabricari poteris: duc ex rotae centro 2 lineas ad ejus circumferentiam, quae in circumferentia distent $15\frac{1}{2}°$. Jam si lunarem rotulam regulae placet affigere meo consilio in puncto, 72 partibus a centro regulae remoto (quod etiam alio regulae loco fieri posset), vide quantum distent ductae lineae in parte 72. a centro. Earum enim distantia, quam habent illo loco, erit diameter rotulae lunaris. Duc item et tertiam lineam ex centro rotae, quae ab alterutra superiorum distet $2\frac{2}{3}°$ in circumferentia. Harum distantia ad partem 72. a centro erit diameter circelli in altera facie rotulae lunaris; cetera se habent ut supra.

A 2

DESCRIPTIO THEORIAE CUPREAE. *Fr. VIII, 250*

Quomodo in papyro construenda sit theoria secundorum mobilium, superiori tempore dictum. Quia vero theoriam ego curavi in metallo construendam, jam porro quo pacto illa constituta sit explicabo. Nam quia alia est materia ab ea, quae supra erat nobis proposita, aliae etiam descriptionis leges erunt, quod facile deprehendet, qui haec cum illis conferet.

Tabulam cupream, quam potui nancisci maximam, linea per medium ducta in duo aequalia divisi et in partes 1200 a centro ad finem lineae. Harum partium 112 comprehendi circino et ex centro universali descripsi circulum, cujus ductu postmodum tota materia excissa est. Duabus fortasse vel tribus dictarum partium ultra hunc circulum descripsi alium, illumque in 12 partes aequales divisi et inscripsi 12 signa zodiaci; signum quodlibet subdistinxi in 30°.[1]

Deinde quatuor arcubus ferreis in unum mucronem deorsum vergentem desinentibus *XXII, 343* repraesentavi et retinui centrum universale, postea dicto loco exsecui circulum. Hic circulus repraesentat mihi ultimae et septimae sphaerae mundanae, in qua fixae insunt, viam illam, circa quam planetae omnes versantur in suis circuitionibus. Mucro dictus repraesentat mihi duo, primariò centrum ipsissimum molis mundanae, quod vel in Sole vel proximè Solem a COPERNICO statuitur: secundario globum Terrae, qui etsi longe a centro ipsissimo distat, tamen in collatione ad fixarum amplitudinem illa distantia Terrae a centro universali non lineae, sed puncti rationem obtinet. Etsi enim Terra annuo motu circa centrum universale describit circulum, qui major est caelo Veneris vel Mercurij, et paulo minor caelo Martis, tamen si quis habitaret inter fixas, illi totus, iste ambitus Telluris in puncto universo accidere videretur, usque adeo alta est septima sphaera.

Porrò hic circulus ideò in 12 partes seu signa et horum singula in 30 gradus dividitur, ut summa divisionis sit 360 graduum: ' Quia, quoad Sol semel sub hoc circulo ad eandem ferè fixam redit, interea Luna duodecies ad Solem pervenit: Et dum Luna semel ad Solem pervenit, triginta ferè dies labuntur. Hanc divisionis occasionem natura motuum subministrat. Etsi verò divisio haec non praecisè efficit 12 vel 360 partes (tertio enim et interdum altero quoque anno sunt 13 novilunia, sic et mensis lunaris habet minus 30 diebus), astronomis tamen concinnitas numerorum placuit, propter ejus ad calculationes aptitudinem propterque plurimas eorum partes multiplices. Nam semel 12 est bis 6 et ter 4, sic 30 est bis 15, ter 10, quinquies 6. Et semel 360 est bis 180, ter 120, quater 90, quinquies 72, sexies 60, octies 45, novies 40, decies 36, duodecies 30, quindecies 24, decies octies 20 et contra. Partes autem duodenariae signa dicuntur, quia astronomi fingunt certas quasdam stellas fixas in confinio viae planetariae conformare signum vel imaginem Arietis, Tauri, Geminorum etc. Quorum cum pleraque sint animalium, *τῶν ζωδιῶν*, hinc adeo circulus iste zodiacus dicitur. *XXII, 343v*

Porro ad similitudinem hujus circuli ' dividuntur ab astronomis omnium planetarum *XXII, 344* circuitus in totidem, sc: 360 partes: Hoc solo discrimine, quod primarias partes faciunt 6 et harum singulis tribuunt 60 gradus. Numerus enim senarius inter digitos solus perfectus est, quia colligitur ex suis partibus 3, 2, 1; sic sexagenarius unus plures habet partes, quam quisquam alius centenario minor, quia semel 60 est bis 30, ter 20, quater

[1] *Ende der Wiedergabe nach Frisch*

15, quinquies 12, sexies 10. Tum autem horum omnium, nempe 6, 12, 30, 60, 360, causa quaedam naturalis et occulta est, de qua vide cap: 10.12 opusculi mei. Sed ad * structuram theoriae pergamus.

Comprehendi circino partes 102 et ex centro universali tabulae exsectae scripsi circulum ultra quem quidquid prominuit, illa parte tabellam diminui. Residuae tabellae lineam alterutram notavi, cujus pars superior cum initio Arietis in zodiaco cohaereret. Igitur posito mucrone in centro universali et linea notatâ ad initium Arietis applicatâ per regulam, quaesivi $29\frac{1}{2}°$ ♐, versus id punctum à centro universali duxi lineolam tenuem nec diu duraturam pro apogaeis.[1] Tum autem circino comprehendi partes $5\frac{1}{5}$ illasque dimensus a centro universali, cum altero pede punctum in modo scripta lineolâ signavi.[2]
XXII, 344v Ex hoc puncto cum amplitudi'ne $91\frac{2}{3}$ partium descripsi viam Saturni circularem. In modò dictâ lineola signavi punctum aliud duplo a centro universali remotius, sc: per partes $10\frac{2}{3}$. Huic verò puncto applicavi mucronem zodiaci. Lineolam verò beneficio regulae feci quadrare ad $5\frac{1}{10}$ Scorpionis. Sic collocato zodiaco, lineam in modo dicto remotiori puncto fixi altero termino, altero verò ad omnes punctus zodiaci applicato, divisiones et numeros omnes ex zodiaco in vias planetarias transtuli[3], hoc tamen discrimine, quod pro binis signis notavi sexagenam unam.

Nam e regione finis ♈, ♋, ♍, ♎, ♑, ♓, posui numeros majusculos 1, 2. 3. 4. 5. 6. In subdivisione vero posui continuos numeros usque ad 60 pro eo quod in zodiaco continuantur tantum usque ad 30. In orbe Terrae autem, ubi secatur a linea apogaei ☊ ☿, posui lineam cum notis AV, AM, in opposito notas PV. PM ad perigaeitatem indicandam. Jam fingendus est Sol non quidem praecise in centro tabulae, sed tamen non amplius partis centesimae in linea apogaei Terrae ab illo centro universali (remotus). Deinde confeci regulam a mucrone zodiaci ad primam graduum notationem pertingentem, quae ad mucronem adhaeresceret volubilis et tamen exemptilis. In ea regula elegi certum aliquod punctum, quod in circumvolutione tantum maneret infra Saturni ambitum, quantum supra Jovis ambitum emineret. Et regulam applicavi duobus zodiaci punctis, distantibus invicem gradibus $15\frac{1}{3}$, et in subjecta planitie notavi ad punctum regulae duo
XXII, 345 puncta, quae lineâ rectâ conjunxi, cum ejus ' lineae dimidio descripsi in laminula cuprea circulum et per centrum duxi diametrum. Quarum igitur partium semidiameter fuit $7\frac{2}{3}$, earum partium $6\frac{1}{3}$ comprehendi circino et ex centro signavi cum altero pede punctum in ducta diametro, ex quo puncto parvum circellum descripsi, quantum amplitudo majoris fuit passa. Duobus punctis perforavi laminam et ex centro laminae per alterum punctum in altera facie alium circulum descripsi, et initio facto a puncto perforato in circumferentia, divisi circulum more usitato in 6 a dextra versus sinistram, dein singulas partes in 60 et quaesivi punctum post sex g: 23.11′. Id punctum feci initium circuli. Et ab eo inscripsi sexagenas et graduum denarios. Tum, quod supra amplissimum circulum eminebat, resecui, hanc laminulam faeci ad electum regulae punctum adhaerescere, sed

[1] *Randbemerkung* $29\frac{1}{2}$ ♐
7 ♎
$28\frac{1}{2}$ ♌
$9\frac{1}{2}$ ♋
$16\frac{1}{2}$ ♊
$0\frac{1}{2}$ ♐

[2] *Randbemerkung* $5\frac{1}{2}$
$2\frac{2}{5}$
$1\frac{1}{2}$
0
0
0

[3] *Randbemerkung* $1\frac{2}{5}$ 10 3. 0. 0. 0.
$52\frac{1}{2}$ $7\frac{1}{2}$ $5\frac{1}{10}$ ♏
$15\frac{1}{3}$ $6\frac{4}{5}$ $1\frac{2}{5}$ ♏
Saturni, Jovis Martis 4 ♋
Terrae, ☊ ex in., ☿ ex int: $4\frac{1}{2}$ $19\frac{1}{2}$ ♓
$10\frac{2}{5}$ $2\frac{2}{5}$ $0\frac{1}{4}$ ♍
$4\frac{4}{5}$ 0 ♒

tamen exemptilem. Jam tabulam aeneam intra zodiacum ita feci mobilem, ut et mucro zodiaci semper in circulo orbis Terrae oberraret. Et linea suprâ notata in revolutione semper parallela maneret initio Arietis et Librae et tantum bis in revolutione in illam incideret.

Harum rerum omnium causae hae sunt. 1. Sol est in centro omnium planetariorum orbium secundum COPERNICI et TYCHONIS BRAHE sententiam. 2. Saturni, Jovis et Martis orbes sunt eccentrici facti in singulas singuli regiones, ut observationes testantur. 3. Sed gradus inaequales sunt, quia, ubi longius a Sole recedunt, ibi tardius moveri necesse est, quia actus motus a Sole sit. 4. Via Terrae est concentrica et gradus ejus aequales, non ad imitationem naturae, sed tantum ad imitationem calculi Copernicani. Est tamen nihilominus eccentrica ad Solem, quia Sol positus est extra centrum, ut supra dictum. 5. Vene'ris et Mercurij orbes geminis lineis concentricis clausi sunt, propter nimiam eorum *XXII, 345v* motus varietatem, quae non potest per eccentricum exprimi in tam parva quantitate. Notavi autem eorum apogaeum et perigaeum in orbe Terrae, quia ratio eorum motuum ad motum Terrae quadrare a COPERNICO statuitur. Jam ad regulam affixa est laminula, quae geminum Lunae epicyclum repraesentat: Ita ut regula voluta sit instar orbis lunaris. Causa haec est, quia Luna Terram habet pro centro sicut et regula mucroni Terrae imagini adhaeret. Fingitur autem tam magnus, non quod sit in tanta proportione ad caeteros, sed quia perinde est in theoria, sive magnus sive parvus fiat, et quia tam parvus fieri non potest, quam est in mundo parvus. Debet enim fingi longe arctior ⟨quam⟩ est regulae capitellum, quod quidem repraesentando orbi lunari esset aptissimum, si tanta parvitas oculis nostris sufficeret. Quod autem tabula ipsa mobilis est facta, id non est ad repraesentandam motus mundani rationem secundum COPERNICUM (sanè secundum TYCHONEM BRAHE), sed ideo, quia perinde est sive mucro cum zodiaco, sive tabula fiat mobilis. Semper enim mucro, imago Terrae, per orbem Terrae circumit. Motus autem totus ille ideo perficitur, ut Terra sit in centro zodiaci, sicut in mundo est non quidem ad rei veritatem sed tamen ad sensum in ejus centro, quia ' totus orbis Terrae puncti *XXII, 346* instar est. Haec causa motus in tabula. Caeteri motus omnes per numerationem perficiuntur. Generaliter enim tenendum, quorsum ducant numeri ipsi eorsum omnes planetas, ipsam etiam Terram moveri, et circa Terram Lunam et in orbe Lunae ipsum globum Terrae sua diurnâ volutione. Quantitas autem sive tempus, quod circumeundo quilibet conficit ex tabulis ad hoc factis est capienda. Unde jam sequitur.

Explicatio tabularum.

Tres sunt tabularum partes. In prima notantur motus planetarum etc. ab initio anni 1500 ad initia annorum ducentorum, sc: usque ad annum 1700, qui singuli ad latus ascripti sunt. Haec initia sunt in media nocte antecedente primum diem Januarij stylo veteri. Post illum annum 1700 stylus vetus et stylus novus Gregorianus discrepabunt diebus 11, qui jam tantum 10 discrepant.

In secundâ parte notantur motus planetarum ab initio anni ad initia dierum totius anni tam bissextilis quàm communis stylo veteri: Qui ascripti sunt ad latus. Initium autem diei civile est in media nocte antecedente diem nominatum. Habet autem uterque ordo dierum in fronte tabulae suum titulum, per quem sciri potest, an sit dies anni communis an anni bissextilis.

In tertiâ parte notantur motus planetarum ab initio diei, sive a media nocte antecedente, ad singulos horarum quadrantes ante et post meridiem. '

Sunt autem tabulae novem ordines, quorum in omnibus sex: et gr: plenae intelligen- *XXII, 346v* dae sunt. Primus ordo, qui Saturni est, refertur ad extremum circulum tabulae mobilis. Secundus est Jovis et refertur ad circulum tabulae mobilis, cui Jupiter ascriptus est. Tertius Martis est et ad tertium circulum tabulae mobilis refertur. Quartus est Terrae, et ad

quartum atque ad mucronem, quintus Veneris ad quintum duplicem, nota ♀ notatum, sextus Mercurij ad sextum duplicem notâ ☿ notatum refertur. Septimus ordo Lunae est, qui diversum a caeteris titulum habet. Nam pro sexagenis signa notata sunt, unde fit, ut prima in eo series numerorum ad 11 veniat, secunda tantum ad 29, cum in caeteris series prima ad 5, secunda ad 59 assurgat. Deinde etiam in hoc est diversitas, quod in principio anni 1500 non habet figuras nihili, sed expressum numerum. Haec omnia ideo sunt, quia ejus signa et gradus intelligenda sunt de extimo circulo, zodiaco scilicet, qui terrea brachia gestat, et subjecto ligno immobiliter est affixus. Refertur itaque ille ordo ad zodiacum et regulam, quatenus illi regula affixa est. Octavus ordo numerorum refertur ad rotam Lunae parvam, et de numeris in ejus tergo signatis intelligendus est. Denique nonus ordo est capitis Draconis, qui etiam ad zodiacum referendus est, quamvis per se sine aliquo circulo intelligi possit, ut audiemus.

XXII, 347 Utilitas tabularum separatim consideratarum haec est, quod ' ex ijs motus planetarum inter se causa celeritatis et tarditatis comparare possumus. Hoc autem etsi in secunda parte tabularum generaliter de omnibus 9 motibus verum est: tamen de Saturno, Jove et capite Draconis, ut de tardioribus, in prima parte tabularum rectius fieri potest. Videmus enim Saturnum annis 30, caput 19, Jovem 12 circumire. Sed haec obiter: jam ad praxin theoriae accedamus.

Initiò docendi sunt studiosi additionem astronomicam. Notum autem est, sexaginta scrupula efficere unum gradum, sexaginta gradus unam sexagenam et sex sexagenas esse integrum circulum. In Lunae verò numeris triginta gradus efficiunt signum, et 12 signa circulum. Propositis ergo tribus vel quotcunque numeris invicem addendis, sic agendum. Primò collocanda sunt scrupula unius numeri sub scrupulis alterius, gradus sub gradibus, sexagenae sub sexagenis. Deinde subductâ lineâ initium additionis fieri debet à scrupulis ad sinistram. Summa scrupulorum ponenda est sub lineam, si fuerit minor 60, sin major, ponendum erit, quicquid supra 60 vel bis 60 etc., residuum erit.

XXII, 347v Ubi discessisti a scrupulis, graduum ' summam similiter collige. Cui summae tot addes unitates, quoties a scrupulis 60 rejecisti. Summam omnem colloca sub lineam, si sit minor 60. Sin major, age, ut cum scrupulis. Denique etiam sexagenas colliges, adjungens, si quid a gradibus accesserit. A summa sexagenarum semper rejice, si tanta est, sex sexagenas, quia sunt integer circulus. Residuum colloca sub lineam. Eadem ratio est in Luna, nisi quod haec adhibenda diligens cautio, ut pro 30 et non pro 60 gradibus unitatem adjicias signorum summae, quare summa graduum nunquam debet superare 30. Item de summa signorum rejicienda 12, non 6. Sed haec omnia exempla docebunt.

In colligendis igitur ex theoria locis planetarum generalis hic est processus. Initium debet semper fieri a Sole vel Terrâ: Hoc pacto. Cum anno proposito ingredere primam partem tabularum, cum die mensis secundam, cum hora tertiam, et excerpe tres numerorum classes sub titulo ⊕, sive in quarto ordine. Excerptos omnes dicto modo adde. Numerum qui prodit quaere in theoriâ in orbe Terrae tabulamque tam diu move, donec

XXII, 348 mucro designato gra'dui Solis immineat. Sic constitutum mucronem in regulae capitellum immitte, regulam puncto, quod Solem denotat, applica et videbis in extremitate regulae gradum zodiaci, in quo Sol versatur.

Semper autem memineris, diem mensis esse sumendum stylo veteri, et si dies stylo novo sit consignatus, reductio facilis erit. Nam decimus Januarij anni 1598 st: n. est 31 Decemb: anni 1597 stylo veteri. Caetera patent ex quacunque ephemeride: in qua uterque stylus conjunctus est. Jam pro locis quinque erraticarum, ♄, ♃, ♂, ♀, ☿, generalis regula haec est. Excerpendi ex singulorum ordinibus et addendi numeri ut jam in Sole dictum. Summa prodiens quaerenda in circulo cujusque et puncto designato (manente tabulâ, sicut illam superius docui constituere) applicanda regula statimque monstrabit in extremitate gradum, in quo haeret planeta. '

XXII, 348v

1018		230	100000	23000000		
				1018		
226				2036	22	
226	226	100000		2640		
1356		226		2036		
452		904	442.15′	6040		
452		960				
51076		904				
		560				
	1150	450				
	2300					

* Non est ⊕ medium proportionale inter ☉ et * *.

Non est ☿ medium proportionale inter ☉ et ⊕.

An ut corpus ☉ a centro ad circumferentiam ad crassitiem a ☿ in ♄, sic haec ad crassitiem fixarum. Et sic et intercapedo inter ☉ ☿ ad intercapedinem inter ♄ * *.

Sint 3 proportionales 1. 3. 9.

Intercapedo prima sit 2, ut sint iterum proportionales campo soli ex prioribus et intercapedinibus. Fiet secundus 6, tertius 36, ergo intercapedo secunda 27. Non utuntur eâdem proportione intercapedines.

1	2000	4,000,000
Sol	Mobilia	Fixae

Scitur intervallum ☉ ☿, fuit iterum proportionalia ☉, ☉ ♄, ☉ *, prodibit intervallum ♄ *.

An ut apparentia ☉ sic motus, idque vel in eodem planetâ vel in diversis, et vel ratione tecti arcus, vel ratione sinus, sed hoc parum refert. Et vel ratione superficiei vel ratione lineae. Tunc virtutem proportio dupla esset ad distantiarum proportionem. '

A 3
De Motuum proportionibus Planetarum

XXII, 150 18. 19. Sept. 1600.

Ut[1] nuspiam centra et anguli concurrant. Et quilibet orbis ab uno corpore semipenetretur.

Erit in hoc casu medius Terrae radius terminus inferiorum, summus superiorum.

Medius Terrae	100000
Summus ♀	79468
Medius ♀ ex Cop:	71880
Hinc medius ☿	41500
Medius ♂ ex Cop:	152040
Hinc summa ⊕	120823
Jovis una ex Cop:	500000
Hinc Martis summa	166666
Saturni media ex Cop:	916450
Huc Jovis media	529112

Hic Venus fit nimis crassa. Ineatur ergo haec aequalitas, ut extrema inter medias maneant, proxima inter extremas. Unum intimum inter medium et extremum. Et juvetur summa Terrae, quae habet nimium, sic, ut ab ima Martis in mediam Terrae fiat constructio

Summa Veneris ex Cop:	74132
Hinc ima ⊕	93285

XXII, 150v Hoc sic bene sed ☿ fortasse nimium habet pro media.[1] Sed et in ♂ male stamus. Quid si ergo duo extremi sint inter med., tres intimi inter extremos. Hoc in ♃ ♂, hoc et in ⊕ ♀ locum habet. Restat sola ♂ ⊕. Itaque

Martis ima ex Cop:	139300
Hinc Terrae summa	110695

Hoc ergò modo melius omnia. ... et ☿ ex Veneris medio medius, sum... verò et summus existere.

Media ♀ ex Coper.	71880
Hinc per 70711 summus ☿	50827
Supra med. ☿	41500
	9327
Ima ☿	32173
per aequalia	

Jam si inter summam ♄ et imam ♃ esset quinta, inter medias quarta, inter imam ♄ et

[1] *am Rand, quergeschrieben:* Ich Hanns Merz Bekhenn hiemit diſen ſchein, das mir mein

summam ♄ tertia dura. Jam proportiones periodicarum conversionum, seu proportiones compositae sic habent in commodis numeris.

♄♃ $\frac{403}{1000}$ ♃♂ $\frac{159}{1000}$ ♂⊕ $\frac{532}{1000}$ ⊕♀ $\frac{615}{1000}$ ♀☿ $\frac{392}{1000}$ ferè. Intellige sic illos moveri, paulo plus radio a Sole absunt: singuli tamen inaequales.

Proportiones verò distantiarum sunt hae.[1]

Cum ♄ est 1000 *XXII, 151*

			Summa	Media	Ima
	summa	}	550	525	500
Cum ♄	media	} est 1000,	600	573	545½
Copernicana	ima	} erit ♃	658	629	600

Oportet toties variari et proportiones motuum: In apogaeo long: med: perigaeo.

Motus diurni medij

♄		♃	
2′ 0″27‴		4′59″ 8‴	
Subt: ap: 13		26	
1.46½	apog.	4.33	apog.
Ad. perig. 14		29	
2.14½	perig:	5.29[a]	perig.
106½		273	
134½		329	
213		546	
269		658	

♄ im: 269 ♄ sum. 213
♃ sum. 546 ♃ im. 658

{…} Proximè $\frac{27}{36}$ $\frac{3}{4}$ {…} Virtus motrix Proximè $\frac{2}{3}$′

{…} Distantia Motus *XXII, 151ᵛ*

Sum. ♃ 549 4.33 vel 273 × {…} × $\frac{1}{24}$ prox.
Ima ♂ 139 38.13 2293

Motus Distantia
Im. ♃ 329 Sum. ♂ 165
59. 8 Sum. ♂ 1549 × Im. ♃ 500 × {…} $\frac{2}{3}$ proximè

Motus Dist.
1.50½ Sum. ♂ 25.49 vel 1549 Ima ⊕ 96 × {…} $\frac{3}{4}$ prox.
Im. ⊕ 61. 6 3666 Summa ♂ 165
1.58
Im: ♂ 38.13 vel 2293 Summa ⊕ 104 × {…} $\frac{8}{9}$ prox.
Sum: ⊕ 57.17½ 3437½ Ima ♂ 139

[a] *richtig* 5.28

Priora habent pulcherrimè. Inter ♄ ♃ proximos cum sit cubus, plano quadrangulo, proportio est $\frac{3}{4}$. Inter remotissimos est proximè major $\frac{2}{3}$. Variantur ergo in tono vel $\frac{8}{9}$: qui
XXII, 152 cum dividatur musicè in $\frac{15}{16}$ et $\frac{128}{135}$. Illa proportio ' dabitur orbibus Saturni, major planetae altiori, haec Jovi. Constat enim eccentricitatem ♃ esse minorem.

Inter ♃ ♂ proximos est $\frac{2}{3}$, uti et interest pyramis, plano triangulo. Inter remotissimos est iterum proximè major perfecta (ut sunt haec primaria corpora) sc: $\frac{1}{2}$. Cum autem varientur per quartam, et ♃ jam acceperit $\frac{128}{135}$, relinquetur orbibus ♂ residuum, $\frac{3}{4} \times \frac{128}{135} \times \frac{405}{512}$ proximè tertia dura, sc: tertia imperfecta: qualis in tertio et quarto tono.

At jam in ♂ ⊕ turbatur negocium. Credo profecto corrigendum. Nam cur pro harmoniâ tonus esset inter proximos. Quare sic esto, ut propter planum dodecaedri quinquangulum intersit proportio $\frac{4}{5}$ inter proximos.

$$\text{At Martis orbes acceperunt antea } \frac{80}{512} \times \frac{405}{128} \text{ adde } \frac{1}{5} \times \frac{4}{1} \times \frac{81}{128} \text{ et}$$

jam proximè major harmonica erit $\frac{5}{8}$ imperfecta. Debebitur igitur orbibus ⊕ residuum: $\frac{5}{8} \frac{81}{128}$ sc: $\frac{80}{81}$. At hoc est contra experientiam. Sunto ergo rationes, cur altera proximè major sc: $\frac{3}{5}$ inter remotos intersit. Quinque $\frac{3}{5}$ super et $\frac{5}{8}$ per $\frac{24}{25}$ hoc totum accedat Terrae. Junge

$$\frac{8}{25} \times \frac{16}{81} \times \frac{216}{80} \text{ fit } \frac{128}{135}$$

Hoc habet ⊕ sc: aequale Jovi. Et hoc sic benè accedit ad experientiam. Nam illa testatur
XXII, 152v potius quidem de $\frac{15}{16}$. At $\frac{128}{135}$ parum abest. ' Nam est medium inter $\frac{15}{16}$ et $\frac{24}{25}$.

Jam quia semel in arbitrariam fictionem evagati sumus: pertexamus reliqua. Inter ⊕ ♀ proximos statuamus $\frac{5}{6}$, quia est dimidium de $\frac{2}{3}$, sicut icosaedron habet planum triangulum parvum et sociatur $\frac{5}{6}$ cum $\frac{4}{5}$ sicut in icosaedro triangulum sociatur quinquangulo, cui si addis terrenorum orbium illam

$$\frac{64}{27} \times \frac{1}{3} \times \frac{64}{81}$$

conficies. Sunt 2 toni magni. Hac proximè major harmonica est quarta $\frac{3}{4}$, a qua si subtraxeris $\frac{64}{81}$, restabit $\frac{3}{4} \times \frac{64}{81} \times \frac{243}{256}$ semitonum platonicum, set *ἀμουσικὸν*, et haec esset proportio orbium Veneris. Sanè ea quam exigua esse scitur.

Inter ♀ ☿ cum sit octaedron plano mediocri triangulo, quod tamen quadrato commissum est, et cum satis etiam magnus sit hiatus puto debere nos jungere $\frac{5}{6}$ cum $\frac{3}{4}$ sc: ut conficiatur $\frac{5}{8}$. Hoc eo verisimilius est, quia hic est $\frac{5}{6}$ quod triangulo cognatus, suprà verò erat inter ♂ ⊕ remotos $\frac{3}{5}$, quia id magis competit quinquangulo. Ergo adde $\frac{5}{8}$ cum $\frac{243}{256}$ fit $\frac{1215}{2048}$ quâ proxime major harmonica non est alia quam $\frac{1}{2}$ unde si auferas $\frac{1215}{2048}$ restabit sic

$$\frac{1}{2} \times \frac{1215}{2048} \times \frac{1024}{1215}$$

pro Mercurij orbibus. Itaque si comparatio fiat motus differentiarum, illa talis est. '

A 4

De motuum proportione planetarum invenienda

XXII, 175

Non debent computari periodica tempora, nam componuntur ex virtute et ambitu. Non ambitus toti, nam hi mensurantur per distantias, quibus deputantur corpora regularia. Non virtutes, nam hae separatis gradibus sunt in proportione distantiarum conversa. Quod si perpendas, virtus paria facit. Eadem enim densitas virtutis in eodem pondere idem praestat. Sed debent computari itinera ipsa in caelo, non in oculo. Debent multiplicari itinera diurna visibilia quasi ex centro eccentrici, in distantias suas. Ut in ♂ et ⊕.

50. 3		1.12.30	101800	98200
31.27		31.27	$57\frac{1}{2}$	$61\frac{1}{3}$
25. 1.30		31.27	7126	982
50. 3		6.17	50905	5892733
25. 1.30		16	8	32
$26\frac{1}{4}$		38. 0	5811100	6022933
		138234		
166465		1105872		
41616		414702		
998790		5252892		
332930		5		
4369706	$\frac{5}{6}$	26264	$\frac{3}{4}$	
6				
6218				

4369706	5811100	55252982	5811100	5252892	6022933
4	3	10	9	9	8
17478824	17433300		52299	47276028	48183464
		9	8		
$\frac{3}{4}$ proxime		47276028	46485		

Videntur autem multiplicati esse in conversa multiplicantium.

166465 dat 5252892, quid 138234 ?
138234

XXII, 175v

166456	− 5252892	138234		
83228	− 2626446	83228	− 2626446	
41614	− 1313223	55006		
		41614	− 1313223	
		13392		
		8323	− 262645	
		5069		
		4161	− 131322	
		908	26264	
		832	1313	
		76	656	
		42	262	

34	131
21	4362262
13	4369706
8	fere.
5	

Brevius ergo praeceptum, non multum fallens. Distantias oblatas compara cum mediocribus, excessus aufer mediocribus, defectus ijsdem adde; in sic permutatis, cum in uno planeta versamur, est proportio itinerum.

Universalius pro omnibus.

Distantias invicem compara in ijs enim sunt tempora aequalium itinerum. Falsum, alias essent in dupla proportione distantiarum periodica tempora. Causa haec, quia etsi sunt distantiae unius in conversa ratione itinerum, at non etiam plurimum. '

XXII, 176 20 Oct. 1609.

Martis tempus periodicum $686^{d}\ 43'$

	6	
	41203	
Est ergo Martis mora in	361	115
trecentesima sexagesima	52	
parte itineris d. 1.55′ ferè:	36	
Ex hoc computo	160	

Jam ex alio:

Quando est anomalia eccentri 90.91, tunc anom: media seu temporis est 95.18.30, 96.18.27. Et sic parti $\frac{1}{360}$ ambitus respondet pars $\frac{1}{360}$ temporis. Atqui tunc, posita via ovali, planeta abest longitudine radij a motore. Convenit calculus cum superiore, fere.

Ponatur ♄ in aphelio abesse a ☉ 1 000 000.

Tempus uni gradui eccentri respondens 1° 3′25″

	1. 2.19	dat dies 31
	1. 6	
In tempore 31°33′ dies.	1. 0.18	30
Confectum spacium aestimatur	5.42	
distantiâ 1 000 000.	4. 1	3
Ponatur jam ♂: perihelius 138 234	1.41	

Tempus uni gradui eccentri respondens 54′25″

In tempore 1° dat 31.27

Confectum spacium aestimatur 22.58 44′ fere

distantiâ 138 234

Si in 1.44 dat 138 234, quid in 31°33′

60	1893	6	
104	414702	1893	
	12441 06		
	2488212	1000000	Tertia dura cum octava '
	261676962	2510000	
	{...}		

Ex binorum planetarum tabulis aequationum excerpe differentiam anomaliae mediae, respondentem uni gradui eccentri in utraque tabula, quas resolve in tempus quamlibet per suam tabulam, divide majus tempus per minus, quotientem multiplica in distantiam minorem, factum compara cum distantia majori, ut habeas proportionem motuum. [1] *XXII, 176ᵛ*

Sed ♂ habet imparem. Duplicentur ergo *XXII, 179*

♄	♃	♂	⊕	♀	☿
1080	1536	2430	3840	4860	8192
1152	1620	3072	4050	5120	9720

Probentur, causâ certitudinis

1152	1536	1620	2430	3072	3840
4	3	3	2	5	4
4608	4608	4860	4860	15360	15360

4050	4860	5120	8192	Benè, sed tententur et remotae.
6	5	8	5	
24300	24300	40960	40960	

1080	1620	1536	3072	2430	4050
3	2	2	1	5	3
3240	3240	3072	3072	12150	12150

3840	5120	4860	9720	Et haec benè habent.
4	3	2	1	
15360	15360	9720	9720	

Jam pro virtutibus mediorum orbium sume medium arithmeticum

1080	1536	2430	3840	4860	8192
1152	1620	3072	4050	5120	9720
72	84	642	210	260	1528
36	42	321	105	130	764
1116	1578	2751	3945	4990	8956
♄	♃	♂	⊕	♀	☿

Ostendunt hi numeri virtutes ijs in locis qui ostenduntur perpendiculari ad apsidum lineas per centrum eccentrici acta, quo loco planeta adhuc paulo longius abest a Sole longitudine radij. Porrò quae jam sequentur proportiones, sunt accommodatae ijs locis, ubi radij longitudine planeta a Sole abest. Quod si per centrum Solis agas consimilem modo imparatae et parallelam illi loca de quibus jam dico medium tenebunt inter utriusque lineae utraque extrema. [1] In praesentia tamen perinde agemus ac si utraeque proportiones spectarent loca eccentrici eadem. Nam falsitas, in cujus periculo versamur, etiam citra tantam subtilitatem deprehendi potest. *XXII, 179ᵛ*

Tempora periodica	10759$\frac{1}{5}$	4332$\frac{3}{5}$	687	365$\frac{1}{4}$	224$\frac{2}{3}$	88
Diurni motus	2′0$\frac{1}{2}$″	4′59″	31′27″	59′8″	1°36′7″	4°5′32″
	120$\frac{1}{2}$	299	1887	3548	5767	14732

Diurnorum eadem est proportio inversa quae periodicorum temporum. Jam fiant subtractiones.

Composita ♄ ♃ (simplex motrix) distantias inversas[a].

	120½	1116	299	1578
♃	299	1578	1887	2751
	1116	120½	1578	299
	1794	31560	15096	24759
	299	157889	13209	24759
	299	7	9435	5502
	299	190149	1887	822549
	333684	Dist. ♃	2977686	Dist. ♂
	Distantia ♄		Dist. ♃	

	1887	2751	3548	3945
	3548	3945	5767	4990
	2751	1887	3945	3548
	3548	27615	28835	31932
	17740	31560	23068	31932
	24836	31560	51903	14192
	7096	3945	17301	17704520
	9760548	7444215	22750815	
	Dist. ♂	Dist. ⊕	Dist. ⊕	Dist. ♀[1]

XXII, 180

	5767	4990	Haec omnia veniant in unam	
	14732	8956	summam dimensionis usitatae.	
	4990	5767		
	132588	62692		
	132588	53736		
	58928	62692	⊕ ♂ 9760548	⊕ ♀ 177045200
	73512680	44780	7444215	22750815
		51049252	{...}	{...}
	Dist. ♀	Dist. ☿	131116	77819

Pro ♀ ☿ 73512680 fit 77819, quid 51649252

		77819
40192931		{...}
7351268	4019293141388	
{...}		
54675		

Pro ♂ ♃ 822549 fit 131116, quid 2977686

		131116
3904222		{...}
822549	390422277576	
{...}		
474649		

XXII, 180v Pro ♃ ♄ 190149 fit 474649, quid 474649

		333684
1583827		{...}
190149	158382776916	
{...}		
832940		

Haec via multum a veritate recedit. Vide an directè a ⊕ in ♄ eundo idem sequatur.

[a] *Kepler* inversa

120½			
3548		1116	
1116		39451	
21288		120½	
3548		78900	
3548		394572	
3548		19	
39595688	Dist. ♄	475372½	Dist. ⊕
4753722	833		
{...}	Eodem venitur		

Consideremus ergò, quid sequatur. Cum usurparem proportionem, quae constitit ex $\frac{3}{4}\,\frac{1}{2}\,\frac{4}{5}$ usque ad Terram, hoc est ex $\frac{3}{10}$, nimium descenderunt superiores. Jam usurpavi proportionem $\frac{1116}{3945}$ id est $\frac{372}{1315} \times \frac{3}{10}$. Vide quae major. 3720. 3945. Major est posterior, et magis etiam appropinquant planetae hic quam superius. Idem de ♀ ☿ tenendum. Usurpaveram $\frac{5}{6}$, $\frac{3}{4}$ hoc est $\frac{5}{8}$, et nimium accessum ad Terram. Jam usurpavi $\frac{4990}{8956} \times \frac{5}{8}$ 39920. 44780. ' Oportet ergo proportionem inter ♄ ⊕ assumere minorem quam $\frac{3}{10}$, inter *XXII, 181*
⊕ ☿ minorem quam $\frac{5}{8}$, et inter ♄ ☿ minorem quam $\frac{3}{16}$.

Quare superius derelicta in ♂ naturae vestigia persequamur amplius. Quinque habemus harmonias, quae a figuris perfectis veniunt $\frac{2}{3}, \frac{1}{2}, \frac{3}{4}, \frac{4}{5}, \frac{5}{6}$. Quid si jam non sit respectus similitudinis harmoniarum cum corporibus, sed tantum distantiae, 2 non inter proximos sed inter remotissimos. Ita perquàm concinnè dabitur ♄ ♃ $\frac{2}{3}$, ♃ ♂ $\frac{1}{2}$, ♂ ⊕ $\frac{3}{4}$ tribus primis distantijs, tres perfectae harmoniae. At ⊕ ♀, et ♀ ☿ occupabunt duas imperfectiores, si spacia metiamur, dabitur ⊕ ♀ $\frac{5}{6}$, et ♀ ☿ $\frac{4}{5}$. At congressibus proximis jubet natura dare ♄ ♃ $\frac{3}{4}$, ♃ ♂ $\frac{2}{3}$, ♂ ⊕ $\frac{8}{9}$. Ergò ⊕ ♀ $\frac{9}{10}$, et ♀ ☿ fortasse $\frac{5}{6}$. Nam nesciuntur inferiorum diurni in apogaeo et perigaeo, ut et distantiae. Ergo cum ♂ ⊕ varientur per residuum quartae supra tonum, sc: per $\frac{27}{32}$, hinc subtrahe id quod Mars ante accepit, si potes.

$$\frac{27}{32} \times \frac{405}{512} \times \frac{16}{15}$$

27	405	27	512		
32	512	16	32	16	
		162	192		
		27	192		
		432			
		512			

Non potest, nam $\frac{405}{512}$ major est.

Ergo parum Jovi datum, ut tantum restet Marti. Si posset initium a ⊕ fieri. Compo- *XXII, 181ᵛ*
sita proportio est $\frac{57}{61}$, distantiae circiter $\frac{59}{60}$, esto $\frac{60}{61}$, restat motoria $\frac{57}{60}$, vel $\frac{19}{20}$. Dabimus minus aliquid, ut sit $\frac{24}{25}$ musicum, subtrahe $\frac{19}{57} \times \frac{8}{24} \times \frac{475}{488}$, differentia $\frac{13}{488}$, circiter $\frac{1}{37}$. At ipse vidi sanè sic. Cum TYCHO eccentricitatem faceret ferè $\frac{1}{30}$, dimidium hujus cadere in aequantem, ut fuerit quasi $\frac{1}{60}$, et duplum $\frac{1}{30}$. Itaque hoc bene habet. Sic ergo sit haec diesis Terrae, restat de $\frac{3}{4}$ ablato $\frac{24}{25}$, imperfectam $\frac{25}{32}$, et tunc $\frac{8}{9}$ subtracta relinquit Martj $\frac{225}{256}$. Et hoc ab $\frac{1}{2}$ ablatum relinquit $\frac{128}{225}$, dempto $\frac{2}{3}$, restat $\frac{64}{75}$ pro Jove, quod si de $\frac{2}{3}$ dempseris, restat $\frac{25}{32}$. Et hinc jam deberet $\frac{3}{4}$ tolli, ut residuum veniret Saturno, sed $\frac{3}{4}$ majus est quam $\frac{25}{32}$. Nimium ergo habet ♃. Et Mars parum, et igitur Terra nimium aut haec ratio falsa. Ut quidem suspicor, deberi ♄ ♃ proximis, non $\frac{3}{4}$, sed $\frac{5}{8}$, et ♃ ♂ proximis non $\frac{2}{3}$, sed $\frac{3}{5}$. Colliguntur quidem ex $\frac{2}{3}\,\frac{2}{3}\,\frac{3}{4}$, $\frac{1}{3}$, quod minus est, quam $\frac{3}{10}$, et tamen inter altissimum et ⊕ imum. Ita ex $\frac{3}{4}\,\frac{1}{2}\,\frac{8}{9}$ etiam $\frac{1}{3}$. '

* Intersero ex MILICHIJ commentario in PLINIUM. Initio ferè ejus affirmat, systema caeli *XXII, 182*
parabolicè a PYTHAGORA, et docendi causâ comparatum fuisse Heptachorda veteri. Vi-

de ARISTOTELIS problemata, quaenam ex [illis 7] fuerit a veteribus amissa ex 8 vocibus unius octavae. Si fuisset octachordum, sic habuisset.



Ait PYTHAGORAM dixisse inter ☽ ☉ esse *διατεσσάρων* et voluisse indicare, quod ☽ a ☉ * regatur, ut *μεση* regit *ὑπάτην* et cum ea consentit. Et sanè, sicut inter, *μεσην* et *ὑπάτην* intersunt duae tantum, ità inter ☉, ☽, tantum ♀ ☿. Et sicut inter. Heptachordi veteris nomenclatura hypate, parypate, lichanos, mese, paramese, trite, paranete, nete[1]. Ex his aut paramese aut trite aut paranete omissa erat. Ratione distantiarum a Terra ad caelum facit PLINIO teste tonos septem, qui superant sono *τὴν διὰ πασῶν*: quamvis PLINIUS lapsus, omnes 7 includat octava, sc: quia 7 soni sunt obvij scandentibus ab unâ voce ad 8. Dividit autem sic ⊕ 1. ☽ $\frac{1}{2}$. ☿ $\frac{1}{2}$. ♀ $1\frac{1}{2}$. ☉ 1. ♂ $\frac{1}{2}$. ♃ $2\frac{1}{2}$. ♄ $1\frac{1}{2}$. Fixae. Ergo et hic a ☽ ad fixas est *διὰ πασῶν*, et a ☽ ad ☉ *δια τεσσάρῶν* quia toni $2\frac{1}{2}$. ☽ est *ὑπάτη*, ☉ *μέση*, ♂ *παραμέση*, Fixae *νητη*. Hoc certum. Ergo ♄ *παρανήτη*, ♃ *τρίτη*, ♀ *λίχανος*, ☿ *παρυπάτη*, utcunque vel divisio habeat, vel contradicant interpretes PLINIJ MILICHIUS et ZIEGLERUS. [1]

[1] *Randbemerkung* Indice digito pulsa... MILICHIUS

A 5

[1]Observationes quas mihi misit Keplerus e Stiria anno 1600 initio augusti.[1]

K 160 (167)

Observationes, quas habere potui

Anno 1484 ad diem 25 Novembris ponit Stöflerus ☌ ♄ ♃ in 23°42′ ♏. ☌ ♄ ♃

De hac conjunctione sic loquitur Liechtembergius. Saturni et Iovis conjunctio completa fuit *anno 1484, die 20 Nov*: horâ 6 Min. 3 post meridiem, oriente ♋ in 22° gr. 42′ M. ♏, Saturno cum sua exaltatione Iovem opprimente.

Hinc colligimus, observatam esse hanc conjunctionem a Liechtembergio: et Saturnum fuisse septentrionaliorem Iove.

Refert idem et conjunctionem Saturni et Martis *die 30 Novemb* in 9 ♏, horâ conjunctionis Lunae incompletâ, Saturno cum sua exaltatione opprimente Martem. ☌ ♄ ♂

Fuit id proculdubio anno 1483, cuius anni Ephemeris mihi non est in promptu. ☌ ♃ ♂

Idem ponit ☌ ♃ ♂ in 18 ♏, Iove exaltato supra Martem. An talis mense Novembri vel Decembri anni 1483 acciderit, nescio. Mense Januario anni 1484 die primo mensis fuit ♃ in 5 ♏, ♂ in 6 ♐. Fuitque Jupiter jam diu directus. Potius ergo in 18 ♎ crediderim accidisse conjunctionem talem.

Non tamen certum est, has conjunctiones ab authore poni ex observationibus proprijs. Fieri namque potuit, ut alias habuerit tabulas Liechtembergius, alias Stöfflerus. Certe ☌ ♄ ♃ tantum 20 gradibus antecessit locum Solis.

* Extat Ephemeris anni 1510 Ioannis Angeli, ex novis ut ait, tabulis composita, in cujus praefatione leguntur ista.

Motus[2] planetarum in tabulis Alphonsi et Blanchini sunt falsi, ut manus propria Magistri Georgij Peurbachij astrorum observatoris perspicacissimi Viennae in monasterio fratrum Praedicatorum ' hodie attestatur. Magister quoque Ioannes de Monte Regio falsitatem motuum cuidam mathematico Erfordiensi literis significavit. *K, 160* (167*)*

In *Cosmographia* Frisij et Apiani quae prodijt Antewerpiae anno 1584 sunt aliquot observationes fol. 307, 309, 310, 311, 312, 314, ubi est observatio Martis. Caeterae pertinent ad ☉ et ☽. Sic 362, 365, 367, 369, 376, 386, 388, 402, 403, 445. ☌ ♂

* Anno 1596 edita est a Ioanne Rothmanno *Chiromantiae cum Astrologia comparatio* Erfordiae Stylo Germanico. Ibi profitetur, se loca planetarum ex observationibus proprijs posuisse: per Hassi Principis instrumenta. Mentio restitutionis fixarum et Tychonis Brahe.

Anno[3] *1574* mane *16 Septemb.* horâ 4 ♀ a Maestlino Tubingae visa est cor ♌ tegere. ☌ ♀ et cor ♌

Vide infra tale quid inter meas ad annum 98.

Anno 1590. 3 Oct: stylo veteri mane horâ 5 Mars totus a Venere occultabatur Tubingae. ☌ ♀ ♂

Anno 1591. 9 Janu: mane vidit idem, ♃ totum a Marte occultatum. Haec conjunctio horâ sexta jam transierat, ut ipse memini me videre. ☌ ♃ ♂

Anno 1595. 23 Sept. ora Solis paulo post meridiem incipiens deficere a verticali de- Eclipsis ☉

[1-1] *Hs. Brahe*

[2] *Randbemerkung* Observationes Purbachij

[3] *Randbemerkung* Haec ex Maestlini *disputatione de Eclipsibus* anno 96 conscriptâ in gratiam studiosi cujusdam a quo est edita.

clinabat 9° gradibus ad ortum, defecerunt 2½ digiti a borea nihil ultra. Confer infra et meam 3 Oct: st: novi.

Refractio in Eclipsi ☽ *Anno 1590, die 7 Julij.* Nos hic Tubingae (inquit ille) Solis centro supra horizontem emergente vidimus Lunam ab austro aliquot digitis jam deficientem duobus penè gradibus elevatam: et contra Lunae centro sub occasum descendente (atqui non caret horizon Maestlini montibus ab ortu et occasu) notavimus Solis supra ortum duorum graduum altitudinem. Occidit autem Luna ante maximam obscurationem. Inveniuntur proculdubio et in Clavij commentarijs super Ioannem de Sacrobusto observationes. *

♂ ♄ ♂ *Anno 1576 17 Mart.* fuit Maestlino visa ♂ ♄ ♂, sic ut horâ 10 impleretur. Reponit ♄ in 0.36 ♉, ♂ in 0.34 ♉, Lat. ♄ 1°40′. B. ♂ 0.24 B.

♂ *Anno 76 Julij 5.* Maestlinus ponit ♂ ex obs: in 22°44′ ♉ Lat: 5°15′ A. [1]

K, 161 (168)

Certiores ex meis observationibus.

♄ *Anno 1594. die ☿, 9 Nov*: stylo novo. ♄ fuit in lineâ ex corde ♌ in illam supra cervicem, quae est tertia ex quinquangulo. *Die ♄ 12 Nov*: ♄ medius fuit inter cervicem et cor. *Die ♂ 27 Decemb.* ♄ fuit inter cervicem et cor. *Die ♀ 30 Decembris*, ♀ erat Iove ♂ ♄ ♀ australior, et videbatur infra ipsum transitura cum distantia diametri solaris plus minus, idque horâ quinta. *Die ♄ 31 Decemb*: ♀ jam transierat Iovem ipso borealior. Differentia longit: fuit valde exigua, unde concluditur, supra Iovem ante conjunctionem ascendisse. Erat autem horâ 5 in circulo verticali cum Iove, paulò illi propior, atque praecedenti die. Radij se contingebant in meo visu. At corrugata fronte aut per papyrum inspiciens perforatum, videbam 4 Ioves aut 3 Veneres (quales cum radijs sparsis apparebant) interesse posse. Dimidia horâ post, ♀ a verticali Iove occidentalior fuit.

Anno 1595

♄ *Die ☉ 12 Feb.* mane ♄ erat in rectâ ex cervice vide in pectus ♌, in quam recta a corde in ♄ ducta perpendiculariter incidebat. Latera a corde in ♄ et a pectore in ♄ aequalia.



♄ *Die ☽ 27 Mart.* noctu horâ 10 talis erat situs Saturni. A Saturnus, B australis trium in collo ♌, 7ma numero. C cor ♌, D Canis minor, E Geminorum australior. B tamen erat DA lineâ borealius quasi 2 diametris corporis ♄.

Eclipsis ☽ *Die ☽ 24 Aprilis* mane paulò ante horam 3 nubis incepit obscurari ☽, altitudo Arturi 44° per papyraceum astrolabium pedem in diametro habens, Luna vero alta 15½° circiter. Deinde paulo ante 4 desijt lucula crassum aerem circa occasum tingere, quod argu-
K, 161ᵛ (168ᵛ) mento fuit, jam penitus ingressam [1] fuisse umbram. Ibi fuit altitudo Arturi 34° circiter, ☽ verò paulo ante 6° circiter alta.

♂ ♃ ♂ *Die ♄ 10 Junij* mane ante 3° urbis horam erat distantia ♃ et ♂ ad visum, quanta est distantia stellulae (quae est inter duas lucidas [1] in sidere Cassiopeae a propiori (ut puto in humero). Et tunc educta per ♃ ♂ supremae proximam e quinque lucidis Cassiopeae collimabat.

Die ☉ 11 Junij mane horâ 3. linea per ♃ ♂ incidebat inter pedem Pegasi et caput Andromedae triente propior pedi illius quam hujus capiti.

♂ *Die ☿ 6 Septemb*:[2] Mars incidebat in lineam a calcaneo Persei (no. 25) per mediam Pleiadum, paulò propior *πλείασι* quam hae calcaneo. Iam erat egressus lineam a sec-

[1] *Klammer nicht geschlossen*

[2] *Randbemerkung* Hujusmodi descriptionum prolixarum multas habeo, sed taedij vitandi causâ omitto.

tione (1. 2) ad Pleiadas, propior Pleiadibus quam sectioni, plusculum. Erat autem septentrionalior lineâ quae a paleari Tauri (6) ad basin trianguli (2. 3) ducitur, ita tamen ut radijs hanc lineam stringeret. Et plus distabat a paleari quam a Pleiadibus. Sic nondum accesserat ad lineam e Capellâ ad sectionem, sed stringebat radijs. Ita in lineâ fuit, quae per lucentes in aure sub radice cornu borealis in cornu boreale ducebatur.

Die ♀ *22 Sept.* mane horâ 4. Mars incidebat in lineam e sinistri pedis (illâ, quae proximè abest a directo palearis et Pleiadum) per paleare ductam, parum admodum occidentalior. Item circa aurem et radicem cornu borealis sunt duae junctae stellulae (22. 23) et tertia longius (29) distans. Educta igitur linea e cornu boreali per meridionalem junctarum (23) tangebat Martem ita ut Mars parum admodum esset meridionalior. ♂

Die ♀ *29 Sept*: vesperi horâ 8, Iupiter erat in lineâ ex capite Andromedae per alam Pegasi et in lineâ ex eductione pedis Pegasi per quintam piscium.[1] ♃

Die ♂ *3 Oct*: Eclipsis ☉ incepit, cum esset altitudo ☉ 39 circiter. Umbra praecisè rasit imum marginem radij rotundi per foramen intromissi. Cum deinde deficerent 3° circiter digiti, fuit altitudo ☉ 35° circiter. Utebar quadrante ligneo semipedali, itaque valde infido. Paulo post videbar rectissimè cepisse inclinationem circuli per centra corporum ad verticalem 75° vel 15°. *K, 162 (169)* Eclipsis ☉

Id sic administravi. Excepi radium Solis *εκλειποντα*, tabellâ directè opposita. Postea quadrantis erecti unum latus interposui foramini et radio, erectumque quadrantem sic constitui ut umbra lateris illius bisecaret cornu lucens, monstravitque perpendiculum gradum 15°. 75°. Videbatur esse semidiameter Solis ad ☽ ut 12 ad 11. Finem nubes interceperunt.



Die ☉ *8 Oct.* noctu hora 10 Mars erat adhuc ut ante octiduum circiter in linearum duarum intersectione quarum una ex 3 et 4 ♉ in 10 Heniochi, altera ex 6 ♉ in 23.24 Persei ducitur. ♂

Die ☿ *25 Oct.* noctu horâ 10 Mars erat in duabus lineis, ex 2 Ceti per medium 3.4 Heniochi, item ex oculo ♉ per medium stellarum 3 ♈, quarum 2 invicem vicinae sunt.[1] ♂

Anno 1597.

* *Die* ♄ mane *23 Augusti* ♂ ita inciderat medius inter cornu ♉ boreum et Palilitium, ut quorsum inclinaret, discerni non posset, depressior tamen â lineâ. Clarae Hyades literam ∴ signant, quibus accedunt obscuriores quatuor conficientes literam ⁝ ∴ illarum stellularum summam inter et cornu boreum praecisè medius fuit per omnes plagas. ♂

Iupiter jam ferè ad unguem accesserat ad lineam ex sinistro pede Pollucis per cornu austrinum. ♃

Die ☿ *22 Aug*: mane, Iupiter quasi quodammodo transierat lineam ex humero Heniochi per cornu boreum. Mars nondum accesserat lineam ex cornu Austrino per Iovem. Eratque remotus a Iove quantum abinvicem duo haedi, a cornu verò boreo paulò plus quam Iupiter. Iupiter cum 2 cornubus tale triangulum constituebat, ut rectus esset ad ♃ ejusque *ἴσα* ferè *σκέλη*, sed tamen ♃ remotior a boreo. Nec ita parum a linea ex palilitio in cornu austrinum ductâ declinabat, ut septentrionalis esse non posset. Imò linea ex Pleiadibus in australe cornu relinquebat utrumque planetam in Septentrione. Ex his omnibus videbatur futura corporalis aliqua ☌ ♃ ♂ die sequente. Eratque ♃ praecisè in lineâ ex sinistro pede Pollucis per cornu austrinum. Et Mars ferè in eâdem. ♃ *K, 162ᵛ (169ᵛ)*

Die ♃ *28 Augusti* mane h: 2° et 3° vidi Martem a lineâ ex cornu austrino per Iovem ♂

[1] *Randbemerkung* Anno 1596 nihil, quia domo aberam.

paulo admodum septentrionaliorem, adeo ut die 27 sub occasum ☉ in eam proculdubio inciderit. Aberat autem a ♃ secundum longitudinem dimidiâ diametro et parum plus de corpore lineae praesentis. Constabat ex his, fore ♂ non quidem corporalem, sed tamen proximè attingentem marginibus.

♂ *Die* ♄ *13 Sept*: ♂ erat inter ultimam balthei, et dextram volam Heniochi, duplo non integro remotior a baltheo.

R, 279v ⌜…⌝ Accedat his quinto, quandoquidem tacent Germaniae superioris Astronomi, Hollandi illius authoritas, quisquis est qui primus hoc novum *φαινομενον* in Cygno notavit. Multi sunt in illa gente viri docti, multi astrorum periti, nec mirum in arte quae *R, 280* tantum illi genti affert ' momenti, ut navigationes, in quibus ipsis Reipubl. salus sita est. Duos quos novi commemorabo, IOSEPHUM SCALIGERUM et HUGEIANUM GROTIUM; quo- * rum iste *Aratum de fixis* cum tralationibus veterum typisque imaginum antiquissimis nuper publicavit, additis *Commentariis de abaco* PTOLOMAI: ille iam pridem HIPPARCHI censuras in arateum librum: manu propria ex manuscripto excerptas ad TYCHONEM BRAHE misit in Bohemiam. Horum igitur alter utri ex his ipsis, quos sub manibus habent laboribus suspicionem novi phaenomeni ortam verisimile est: sed argumentis ex iisdem quae ipse modo recensui: Maius ad hanc fidem momentum affertur: si non literatus sed nauta nos monuerit; Turpe quidem dictu, sed si modo verum fateamur illud genus hominum caelestes imagines notiores habet quam qui passim in scholiis mathemata profitentur Astronomi. Varia ipsos pericula, variae curae, varii siderum usus totas noctes sub dio pervigiles detinent: ita fit ut caelum ipsis notius fiat, quam ipsa quae sulcant maria, ipsae navium tabulae. Dicant igitur ex ipso caelo ex *αυτοψια* e recenti memoria, quid novi ibi, quando primum effulserit: ego librorum spectator, caeli nimium securus attentus illis aures praebebo, Non est res incredibilis, posse nautam dicere, novane sit haec stella. Clara est, perspicua est, satis magna est, loco illustri est, configurationis speciem evidenter variat addita vel ablata. Quare quicunque est, qui speciem eius loci caeli recenti memoriae habet impressam (habent autem nautae) facile primo aspectu quod pronunciet, habebit. '

R, 280v Sexto iam prope tacito consensu stella haec passim pro novo phaenomeno recipitur, cum nemo hactenus extiterit, quod prius illam se vidisse affirmet. Quod argumenti genus ut per se imbecille est, ita vel unius viri clara et publica voce reddi possit firmissimum. Non enim dubito, quin clarissimus vir, D. M. MICHAEL MAESTLINUS, Praeceptor meus laude omni dignus quaestionem facilem et confidenter decidere possit, iamque secum deciderit, et fidem penes caeteros non minorem mereatur, quam ipse ipsi suaeque hic memoriae tribuit. Caelum enim inde a multis annis, adeoque ante me natum diligen-

[1] *paraphras. KGW I, 307f.*
[2] *wrtl. KGW I, 296.15–302.6 (mit Auslassungen)*

ter notum habet, manumque insuper et fixis et planetis non segniter admovit; ut fieri non possit, quin eam quae in pectore cygni est aliquoties iam fuerit dimensus. Quando vero ille iam triennali silentio (nuper etiam a me de hoc phaenomeno sollicitatus per litteras) suspensum me tenet et anxium de mea innocentia, ne, quod ipse non sum, ille mihi sit, conscius alicuius ingratitudinis; qua ratione suavissimis eius literis, quibus ante hoc tempus assueveram, cum hoc, tum multis aliis necessariis in locis carendum mihi est: facere aliter non potui, quin haec ab authoribus decreta, argumenta in subsidium meae oscitantiae passim emendicarem. Sed ad descriptionem eius accedam, primo de loco sideris dicturus, quam habet inter caeteras fixas in concavo sphaerae. ⌜…⌝[1]

⌜…⌝ Est autem species oloris post novae accessu mista, ad occasum tendentis. *R, 282*

De huius Stellae altitudine et motu.

Nullam esse huic novae stellae parallaxin, quae in sensus quidem incurrat, multis probari potest: Etsi parallaxis eius, si quam habeat, non possit ita commodè inquiri, ut illius quae anno 1572 fulsit, propterea quod haec nova nobis occidit. Ac sunt sanè alij modi parallaxeos inquirendae, qui huic applicentur phaenomeno: de quibus lege si placet TYCHONIS tomum primum *Progymnasmatum*. Sed instrumentis opus est non tantum exquisitissimis, sed etiam exquisitissimè et quieto ' loco collocatis. Quare ijs hac *282ᵛ* vice supersedendum necessario.

Manu ducit autem nos ipsa constellationis aptitudo, ut de parallaxi nihilominus confidenter pronunciare possimus, usi ea experimentationis forma, quam à MAESTLINO et DIGGESAEO Anglo inculcatam apud TYCHONEM in *Progymnasmatis* invenies.

Iubet MAESTLINUS filum tendere, DIGGESAEUS palum: nobis stellae circumstantes novam et fili et pali loco sunt. Adeoque namque vicini sunt, ut aberrare visus ne minimum quidem possit. In ea linea quae ducitur ex pectore per novam stellula minima occurrit, puncti instar dimidio eius spacii a nova distans, quo nova distat a pectore. Deflectit tamen nonnihil ab hac linea ad septentrionem. Quod si nova, vel parum admodum, nec plus quam habet stellae diameter, ad latus concederet notabilis inter stellas has duas fieret eius deflexio. Atque quo primum tempore vidi hoc phaenomenon, post Solis occasum, satis humile fuit ad orientem, et linea ex pectore in stellulam parallela erat horizonti, videbaturque nova illa linea, tanquam pondus in filo transversum tento nonnihil ad horizontem propendere. Constellatione revolutâ, et matutino tempore, iam meridianum transgressa ut dicta linea propemodum coincideret in verticalem, eadem fuit species, idem situs novae cum binis illis. Nam ad sinistram aspicienti extra lineam à pectore in stellulam, stabat nova aequali excessu. '

Quod si vesperi locum versus orientem commutasset, non maiori intervallo, quam *R, 283* quantum propendere videbatur ad horizontem: quod diximus quam fuerit exile; equidem revoluta linea, ut iam non parallela horizonti, sed ad eum recta esset, conveniebat locum suum quem commutaverat, recuperare, seque intra lineam recipere. Quod quia factum non est, parallaxi igitur sensibili caruit. Hoc unum argumentum est. Et quia parallaxis illa quam sol habet; hoc casu, et hoc situ in sensus utique incurreret, hinc pronunciare audemus solo visu teste, non minorem habuisse altitudinem à centro terrae quam ipsum Solem.

Astipulantur autem et distantiae inter hanc et vicinas fixas per diversos sextantes, diversissimis Cygni altitudinibus diversisque locis eaedem semper permanentes, quod fieri non posset, si stella haec intra Solis orbem consisteret. De quo argumento vide * luculentum TYCHONIS tractatum, in *Progymnas.* fol. 413.

Secundò confirmat mihi, quem supra dixi, IOANNES ERICKSEN, in uno minuto conve-

[1] *zuerst paraphras. KGW I, 294.16ff.; 310.11ff.; 301.23ff.; dann wrtl. KGW I, 309.33ff. u. 310.*

nire FABRICIO in Frisia observanti cum eo loco stellae, quem hic Pragae per instrumenta Tychonica invenerint. Plus autem (ut hoc obiter addam) ipsorum observationi fidei tribuendum est quam meae, quia et maiori et exquisitiori sextante usi sunt, quam meus fuit.'

R, 283v Tempus autem inter utramque observationem intercessit, non minus trium mensium. Ac possum ipse quoque affirmare, me neque ab eo tempore quam primum monitus sum, hucusque in situ stellae vel minimum mutationis animadvertere, neque meminisse, aliam fuisse superiori Novembri confirmationem, quo tempore obiter quidem, sed ἐμφατικῶσ Ideàm sideris memoria reposui. Nam illa quidem nova etiamnum deflectit à lineis, quae ex cauda per pectus, et quae in rostrum tendunt; etiamnum speciem antiquam Crucifixi mihi repraesentat cum inclinatione capitis. Cum ergo tamdiu stet immota, non debet quispiam seu PTOLOMAEI seu COPERNICI, seu TYCHONIS in hypothesibus caelestibus discipulus dubitare, quin locum haec nostra inter ipsas fixas sit sortita. Qui enim COPERNICO de hypothesibus, cum MAESTLINO Praeceptore meo, adeoque et mecum, credere mavult, habet is adamantinum argumentum, quo hanc nostram inter fixas ipsas referat. Vide TYCHONEM foli. 439. Et schema appositum folio 659. Nam quia certum habent astronomi; etiam Saturnum qui altissimus est inter planetas, etsi quiescentem suo in orbe fingas, haerentemque in una tantummodo linea ex Sole in aliquod punctum fixarum extensa; nihilominus, quia ingenti adhuc intervallo à fixis abest, futurum, ut Terra

R, 284 per annum circumlata ad dextram et sinistram ' Saturnus inter fixas locum per 6. ferè gradus in partes oppositas commutare, nunc progredi, nunc regredi nunc stare videatur, eo ferè modo, quo progredientibus aut navigantibus nobis ulteriora stare, aut comitari, citeriora et proxima obviam nobis venire videntur (quae adeo causa retrogradationis est, cum planetae per sese directo tramite perpetuo incedant:) hoc inquam quia de Saturno etiam certum habent astronomi; certè si nostra haec in vicinia Saturni staret, ac si eam per sese illic quiescere iubeas, nihilominus sequetur, Terra superiori hyeme per Cancrum lata et Leonem, debuisse nostram hanc videri à loco suo per gradus aliquot in sequentia ire, et in alterum latus cygni concedere vicissim aestate, Terra per Capricornum et Aquarium eunte, nostra in priora vestigia motu retrogrado quamvis quiescentem, ad visum tamen relegere debuisse: nec latitudinem Maio mense tantam habuisse, quantam nunc habet. Sit enim A.B.C. circulus Terrae annuus in plano eclipticae centro * H. in quo existat et diametralis linea D.C. Et sit D. versus 17. partem Aquarii, ubi haeret nostra ab E. repraesentata deflectens ad latus in septentrionem ab ecliptica. Sitque H.F. ad H.A. ut orbis Saturni ad orbem Telluris. Et sit B. 17. ♏. et à B. sit BF. parallela ipsi DA et ipsa quoque in ecliptica. Si ergo sit Terra in A. latitudo spectabitur angulo D.A.F.

R, 284v Augusto ' mense. Maio verò si Terra est in B. angulus erit F.B.E. tantò ferè minor quam D.A.E. quantus est angulus A.E.H. patet itaque si haec nostra proprè Saturni revolutiones staret immobilis, latitudinem quoque maiorem Augusto mense nancisci debuisse. Id quia factum non est, concludo ex Copernicana quidem hypothesi, longè supra Saturnum, adeoque inter ipsas fixas stellas elevatam esse. Nisi quis miraculo novo miraculum vetus excusare et hoc dicere velit, non ibi quietam stare, sed tanto intervallo circumire in partes contrarias, quanto immobilis ipsa, locum ob Terrae motum commutatura fuerit.

Quod si quis sophistarum hoc dixerit, huic ratio reddenda est, qua freta haec nostra quantitatem eius periodi, quae in oculos in Tellure degentes incurrit, et deprehendere, et motu libero atque contrario eludere possit. Nam hac ratione nos quidem novum in mundum sidus motu carens introducimus: Sophista verò huius modi liberum insuper arbitrium addiderit, et ex bruta caelesti massa, perfectissimum ipsoque homine nobilius animal effinxerit; Itaque nec EPICURI quidem atomis tali mente animatis, grave amplius erit, hunc pulcherrimum mundi ornatum ex mutuo concursu effingere.

Haud ab simili argumenti forma et TYCHO BRAHE, quamvis Terram non movens, ta-

men inter affixa sidera nostram hanc retulerit. Quocùmque enim alio loco ponas illam supra Lunam (infra enim non ' esse primo loco probatum est) quaerit TYCHO quare non *R, 285* vel ut planetae vel ut cometae eius regionis incolae motum aliquem etiam proprium et respectum ad Solem obtineat, et quia sola diurna agitatione, fixis immotè adherescens convertatur; quaerit amplius qua mentis agitatione corruptibile aliquod et temporaneum corpus ita religiose fixas stellas, inter quas non est, in motu diurno observet, ut ne latum unguem quidem toties iam revolutum, ex ea linea excesserit, quae ex centro per eam in certum punctum fixarum sphaerae ducitur; certum enim habet, contactum sphaerarum, solidos orbes, raptumque inde a fixis usque ad Lunam derivatum in mundo nullum esse.

Qui etsi ex Aristotelicorum et PTOLEMAEI sententia concedatur; iam fiet, ut novum aliquod phaenomenon quiescere sub iisdem fixis nequeat (quod haec nostra facit) ubicunque in caelo collocetur; quin eas in partes transferatur ⟨necesse est⟩, in quas orbis ille volvitur, qui stellae praebet hospitium, cum orbium nullus quiescat. Vide TYCHONEM * fol. 406 et fol. 437 cum seqq. Qualiscumque ita sit haec stella, vetus an nova, constat rationibus geometricis, certo inter ipsas fixas altissimè elevatam esse. Quo deprehenso, cum quis illud unà considerat, tot iam menses effluxisse, cum semper in eadem quantitate cernitur, nunquam aequans vicinam in pectore, nunquam ad exilitatem eius, quae in nostra est, attenuata; colore etiam constanti et pallido: equidem non mirum si ipsa mora, quamvis per superiora argumenta confirmatissimum, sollicitum tamen habeat, quid de ea futurum sit.

A 9

De stellae cygni observationibus[1]

III, 19 [2]Vultur et cauda Cygni 38° 5′ deb: 38. 4½′
38. 2
3″ 38. 3
1. Vultur et Nova 29.50½
2. pro 29.51½
Lyra et cauda Cycni 23.50
2. ..... 23.53 deb: 23.53.10
3. ..... 23.51½
Inter Lyram et Novam 19.44
2. ..... 19.41
3. ..... 19.44
Pectus Cycni et pes Pegasi 35. 9½ deb: 35.12½
2. ..... 35.11
3. ..... 35.11
Nova et pes Pegasi 35.50
2. ..... 35.50½[2]

Quaeritur genuina distantia Lyrae et caudae Cycni

Anno 1600 fine. Lyra	9°43′	♉. Lat.	61°47′30″	b.	
cauda	29.53.30	≈ lat.	59.56.30	b.	
	50.10.30		1.51	differentia	
			88. 9	compl.	
Majus 30. 3.30 –	50088		99948	sin.	
minus 28.12.30 –	47269		52	versus	
	{...}		6145	differentia versorum	
	23676l		6197	versus	
	25956		93803	sinus	
	{...}		69.43.24	compl.	
	6145l		20.16.36	latus tertium	
Ang: 50.10.30			Non respondet *Mechanicae.*		
com: 39.49.30 {...}			NB Hic videtur vitium esse,		
			in praecepto Landsbergij.[1]		

III, 19v AB 30. 3.30 – 50088
CAB 50.10.30 76800
{...}
3846 8l 22.37.30 CB



[1] *Überschrift hinzugefügt*
[2-2] *Kleine Tabelle der Beobachtungsdaten hs. nicht Kepler*



Secans CAB
156 141 Tang: AB 5 787 000 000 | 37 063
1 561 41
{...}
Tangit 20.20.13 AC
AD 28.12.30
CD 7.52.17

Secans CD 100 951
secans CB 108 337
{...}
1 093 67| 23.53.10 quaesitus.



Lyra	9.43 ♑	61.47½	LV 34° 9′	Primo in LPNV	
Vultur	26. 9 ♑	28.12½	LS 55°30′40″	Est LP	28.12.30
	16.26	29.21½	VS	PV	60.38.30
		60.38½		LPV	16.26. 0
Scheat:	23.49.30 ♓			LV	34. 9. 0
lat:	31. 7.30 b.			LN	19.45.30
	58.52.30			VN	29.52.30

In triangulo LPV quaeritur angulus LVP et tribus lateribus.

Deinde in triangulo LNV quaeritur angulus LVN ex tribus lateribus. Hinc habetur PVN.

Tertio in triangulo PVN ex lateribus et comprehenso quaeritur PN et angulus VPN.

Quaeratur in primo ex duobus LP, PV lateribus et comprehenso.

PV 60.38.30 sinus 87 157
LPV 16.26. 0 sinus 28 290 [...]'

Perpendicularis demittatur ut ergo PAV ad PV, sic APV ad AV. Hinc AV 14°16′30″. *III, 20*
Et ut secans APV ad PAV sic tang. PV ad PA. Hinc PA 59.36.38. Et ut PV ad PAV sic PA ad PVA

8 626 100 000		PA	59.36.38
87 157	98 972	PL	28.12.30
{...}	81°46′48″ PVA	LA	31.24. 8
		AV	14.16.30 sec.

Ut VA ad LAV, ita tang. LA ad tang. LVA 6 104 500 000 | 247 580
2 465 7
{...}

In LVN
Majus 34. 9. 0 — 561 36 2 635 100 000 | 94 242 LVA 68. 0.20
minus 29.52.30 — 49 810 27 961 | 5 758 — 3°18′ 0″ 81.47.48
differentia 4.16.30 {...} {...} 86.42. 0 LVP 13.47.28
27 961|

Majus 34. 9. 0 — 561 36
minus 29.52.30 49 810
differentia 4.16.30
com. 85.43.30
sin. 99 722 560 900 000 | 20 060 Versus 20 060
27 961 com. 69 940
{...} 44.22.45

Tert. 19.45.30 quaes: 45.37.15 LVN
com. 70.14.30 LVP: 13.47.28
sin. 94113 31.49.47 PVN
differentia sin. 5609

In PVN vel PVB. Ut PBV ad PV sic PVB ad PB

PV 60°38′30″ — s. 87157 PV tang: 17777700000 | 151042
PVB 31.49.47 — s. 52740 BVP sec: 11771 | {...}
Sec. PB 112662 {...}
Sec. NB 111862 45967| 27°22′ PB tan. 56.29.36 VB
{...} 37.27 29.52.30 NV
125999| 37°27′ PN 52.33 Falsum. 26.37. 6 NB′

Latitudinis stellae compl:

III, 20r Sin. VB 8338400000 | 95671 15°59′ 6″ DF
87157 Quaere DE in aequatore
{...} Est 16.19.15 ♒
30 ♓
43°40′45″ DE
43.30.55 respondet 46° 9′48″
9.50 CE 360
A.R. C puncti 313.50.12

Et si C esset in 16. 9.48, declinatio ejus esset 16°43′59″
sed est BD 55.32.30
ergo BC 38.48.31

Est autem angulus ACB vel DCE 73°13′0″. Hinc ex basi et angulo quaeruntur latera.





Basis BC 38.49. 0 — sinus 62683
Frisia sinus ACB 95740
Londen Francford {...}
Halberstad Magd. 60013| 36°52′40″ BA declinatio
Berlin Brandenburg

Ang.	73.13			Iterum basis	38.48.31	
com.	16.47				62672	
sinus	28875				95740	
tang. basis	80450				(...)	
	(...)				600021	36.52.20 declinatio
	232301	13. 4.40				
	C	313.50.12				
		300.45.32				

Aliter sec: 73.13	346316	76.55.30		
	124338	13. 4.30		
Basis 38.48.31	(...)	313.50.12		
com. 51.11.29 tan.	430602	300.45.42		
		300. 6.38		
		39. 4	28°37′ ♉.'	

A 10

Observationes novae stellae

XVIII, 12	Inter ♄ et dextrum genu Ophiuchi	13.44½	
	Altitudo meridiana lucida Coronae	68. 4	
	Altitudo ♄ meridiana	21.51½	
	Die Sabbathi 7 Junij alt. ☉ merid:	62.39	
	Die ☽ 9 Junij alt. ☉ merid:	62.51½	
	Die Junij alt. ☉ merid:	63. 8½	
	Die Junij alt. ☉ merid.	63.17½	
	Die ♂17 Junij alt. ☉ merid.	63.21	diligenter
	♃ 19 Junij alt. ☉ merid.	63.22	
	Die ♄21 Junij alt. ☉ merid.	63.24	diligenter
	Die ♂24 Jun: Jo: Bapt: alt. ☉ merid.	63.23	
	Die ♀27 Jun: alt. ☉ merid.	63.19	
	Dextri humeri Ophiuchi, sequente nocte	49.55	
	Nocte inter $\frac{♀}{8.}$ $\frac{♄}{9.}$ Augusti alt. meridiana sin: humeri Aquarij	32.36½	dcl. 7.16
	Invariato instrumento die 9 sequente altitudo ☉ meridiana	55.53	
	Correcto instrumento die $\frac{☉}{10}$ Aug alt: ☉ mer.	55.38½	

Die ♄ *16 Augusti mane* Venus Martem plus uno gradu superaverat, circiter uno gradu infra Martem, meridionalior scilicet transisse videbatur collatione utriusque ad capita et pedes Geminorum facta. Linea enim veniens a capitibus Geminorum inter Martem et Venerem incedebat, ut Mars paulo septentrionalior esset. Duae vero in pede Geminorum eclipticae vicinae quantitatem distantiae arguebant.

Die ☿ *3 Septembris mane* vidimus Martem, Lunam, Venerem, Mercurium, et Martem, Venerem, Mercurium sic in una recta ut nequires discernere: interdum meridionalior ☿us videbatur, interdum septentrionalior. Lunae corpus plenum Terrae lumine malignius primo, clarescente aurora rectius, et multo quidem clarius Marte altiora. Inter ♂ ☽ ♀ triangulum erat, propemodum isosceles ad ♂ ☽, ☽ ♀ scele. Angulus ad ☽ acutulus. Major distantia ☿ ♀ quam ♀ ☽ vel ☽ ♂. Major etiam quam dimidia ♂ ♀.

Primus evanuit ♂, Cane adhuc apparente.

Die ♃ *4 Septembris mane.* Venus planè exigua, quasi duorum sui corporum amplitudine septentrionalior erat lineâ ex ♂ in ☿. Inter ♀ ☿ 7°13′. Post melius 7°17′. Et iterum 7°18′. Inter ☿ et Canem Minorem crassiori Minerva 36° minus forte. Lunam vidimus ad dextram ejus verticalis qui per ♀ transibat, orientem, ferè tantum a ☿ distabat, quantum'
XVIII, 12ᵛ hic a ♀. Paulo postquam Mercurij distantiam cepimus, inventa est ejus altitudo 8°15′. In azimutho (paulo ante, tempore intermedio) 83° ad mer: corrigendo. Nam Venus meridies erat, pinnacidio 5° ad ortum opposito 5° ad occasum tenente. Ergo 5, 90 et 7. Efficiunt 102 a septentrione et occasu, sive a meridie ad Mercurij verticalem.

Die ☉ *7 Septembris mane*, non potuimus capere distantiam ☿ a ♀, nube celeriter se interponente, vidimus clarissimè in clarissima aurora, multo evidentius quam ante triduum, Cane jam latente et nubibus fuscum subrufum colorem induentibus sine etiam

con... a in instrumento numerabamus. Mercurius erat subrufus et magnus. Videbatur jam propior Veneri factus, uno gradu quod tamen certum non est. Ejus altitudo in cor: 98.55. Inter ♀ et mer: fuit 9°8′. Paulo post Veneris in az. 90.0. Cor. 95.0 Alt. 17.27.

Die ♃ *11 Septembris vesperi* distantia inter ♄ ♃ 10.16
Inter Arturum et ♃ 41. 2
Inter Arturum et ♃ 47.21

Die ♀ *12 Sept. mane* inter ♀ ☿ 8.38
8.41
8.39

Mercurius magnus et paulo rutilantior, humilis admodum in altitudine graduum circiter 5° aut 6°. Venus transierat cor Leonis quasi 2 gradibus, septentrionalior lineâ ex ♂ in cor. Mercurius septentrionalior linea per ♂ ♀, meridionalior paulo linea per cor ♌ et ♀.

Die ♀ *19 Sept:* mane hora 5 et ultra inter cor ♌ et ♀ inventi 8.30
8.31

Erat cor ♌ multo meridionalius linea ex ♂ in ♀.

Die[1] ♄ *4 Octobris mane* ante 6. ♂ cum ima colli ♌ lineam constituebat proximè parallelon illi quae a corde in cervicem. Nondum tamen planè fecerat. Videbatur uno fere gradu supra[a] cor transiturus.

Die ☉ *5 Octobris mane* circa 4 ♂ cum ima colli lineam constituebat proximè parallelon illi quae a corde in cervicem. Jam tamen id factum erat, et annuebant infra lineae ad ♂ et cor.

Die ☽ *6 Octobris mane* circa 6, ♂ nondum medius venerat inter cor et imam colli.

Die ♂ *7 Octobris mane* circa 5 ♂ jam inter cor et imam colli transierat, nondum inter cor et collum erat. Proximè inter cor et supremam colli. Distabat a corde minus quam duae in baltheo Orionis, fere tantum quantum limites Pleiadum longissimi. Nondum igitur erat cum collo.

Die ☉ *12 Octobris mane* ante 5 ♂ erat in linea per claram oris et imam colli ♌; cervix et cor cum ♂ connexae proximè rectum faciebant, dubitabam an minor esset. Connexae ♂ et cervix, ima colli et pectus, paralleli incedebant; cor et cauda connexae ♂ tem in meridie relinquebant; ♂ et cor connexi veniebant in superiorem anteriorem ⟨coll⟩em ♌.[1]

Die ♂ *14 Octobris mane* altitudo Sirij 23.42 [2]Nota quod refractio *XVIII, 13*
16.11 ablata relinquit
39.53 23.40.[2]

In meridie alt: Solis 31.51.30. Aufer Canis, restat 8. 9½ supra Canem. Hoc a 16.11, relinquit 8.1½. Est vero locus Solis ex Tychone 20.30 ♎. Cujus declinatio 8°2′. Sed parallaxis ☉ est 2′27″. Ergo vera ☉ declinatio 7°59′, cui respondet 20°22′ ♎. Vide ergo repetas ista, et videas an vera Canis declinatio. Alt. ☉ 31.51.30
2.27 Refractio forte sustulit
31.54 parallaxin.
declinatio 8. 2
39.56 Haec esset verior altitudo aequat. Ea vespera altitudo Lunae meridiana 30.6 cum hoc instrumenti situ.

Die vero ☿ *15 Oct:* mane eodem situ alt. prim. bal: 39,15, declinatio 39, alt. p. 39.54. Sequentis humeri Orionis 47. 9½ declinatio 7.16 39.53½
Ergo vera declinatio Lunae fuit 9°48′ meridiana.

Eclipsin ☽ et observationem fixarum vide alibi, Novembri.

[1] *am Rand* Secundum Tychonem
[2–2] *am Rand*
[a] superra *Kepler*

Die ☽ 8 Dec. mane. ♂ fuit in linea ex prima in tertiam alae, proximus secundae sic, ut diameter ☽ interesset et anguli ad ♂ recti essent.

Die ♂ 16 Decemb: Mane vidi Jovem et Mercurium, et hunc multo Jove altiorem ad dextram, circiter 5 vel 6 gr: a Jove.

Die 24 Decembris mane, sine perpendiculo altitudo

Martis —— 41.14 circiter
39.33½
39.33
Spica —— 31.25 —— 8.30

Instrumentum ergo per 31′ peccat. Mars fuit in linea utriusque, paulo tantum septentrionalior.

Die 25 Decembris mane sic



In azimutho, 48.30 puto, coincidebant in eundem verticalem ♄ ♃. Tunc vitioso instrumento alt. ♃ 7.35.

Ergo distantia[1] 1.32, minor quia ♃ interim ascendet dum ♏ ♄ 9. 7 posterius caperet(ur).[1] Jupiter et ☿ minus distabant quam 1.59. Nec poterat instrumentum proprius coire. Erat ☿ paulo altior linea ex corde ♏ in ♃. Parum cedebat ☿ Jovi colore et quantitate. Inter ♃ et cor ♏ circiter 7.22, sed perverso instrumenti pinnacidio. Pro correctione lineae meridianae lucidae

Arietis alt. 55.34. In azimutho signato 45°48′
57.20 38°
61.14 8.15
61.25 2.10
61.25 2.35
61.14 8.16

XVIII, 13ᵛ In alt: 57°20′ videtur esse paulo ante az: 38° occid: Die 26 per caudam ♌.

In alt. 55°44′ azimuth. 18°41′ Luna et Spica stabant in aequilibrio horizontis, plus tamen de corpore Lunae devergebat.

In alt. 56.33 azimuth. 7.34

In alt. 56.40 azimuth. 1.50

In alt. 27.16 azimuth. 28.35 Spicae. Superior pars ☽ in aequilibrio horizontis.

Die 27 vesperi altitudo Aldebaran 55.33.

Die ☉ 28 mane inter cor ♌ et Spicam ——— 53.58½ deb. 54. 2
Inter ♂ et cor ♌ 44.40 id est 44.43
Repetita 44.38½ id est 41½
Iterum 44.39
Cum culminaret in radice V literae in alt. 40.36½
Culminantis ♂ altitudo 38.16
Inter ♂ et borealem lancem 35.15 id est 35.18
Spicae ♍ alt. — 30.53
Altitudo ♄ in az. 47¼ — 6.54 Non plane in eodem verticali[2]
♃ — 5.34
♄ — 7.12 quasi in eodem instanti[3]
♃ — 5.48

[1-1] *am Rand*

[2] *am Rand* Hic distantia in verticali 1.20 plus quia ♄ prius observatus, et ♃ interim ascendit.

[3] *am Rand* Hic 1.24 plus quia ♃ interim asc: et multo plus in circulo magno

Inter Spicam et ☿ — 55.50 bis
Jupiter multo plus erat ad sinistram verticalis Saturni quam die 25 ad dextram.

1604
Die 6 Januarij ♂ erat proximus stellulae in 13 ♒ extremae alae ♍; angulus inter ♂, Spicam, stellulam et ♂ rectus, ♂ ultra lineam ex stella in Arturum, paulo plus ultra illam ex stella in claram femoris ♍.

Saturnus ortus est altior corde ♏, humilior ea quae praecedit cor: et in verticali cum 2 in manu Ophiuchi, quamvis illarum verticales discrepaverint nonnihil.

Jupiter in verticali cum genu anteriore Ophiuchi: humilior corde ♏, emersit in angulo inter templum et domum. Saturnus ultra lineam ex corde in femur sequens Ophiuchi.

Inter cor ♏ et ♄ ——— 13.28 8.28 forte
Inter cor ♏ et ♃ ——— 14.37 9.37
Die 9 Jan. alt. ☉ mer. ——— 17.47
Die ♂ 13 Jan: alt. ☉ mer. ——— 18.21½ dcl. 21°35′18″
diligenter admodum 39.56.48 sine refr. et parall.

Sequente die ☿ *mane* una culminabant Spica et Mars, hic tamen exiguo occidentalior.

Alt. ♂ ——— 35.38
Spicae ——— 30.51 Instrumentum bene
9. 2 habebat.
39.53

Caelo nubilo et magnis stellis nec satis clare conspicuis, culminabat Spica plus uno minuto vel 80 pulsibus tardius. Nam 120 numerari sed m(o)tio non (tantummodo) capite. ¹

1604 *XVIII, 14*

Eodem 14 Jan: ☿ die vesperi media balthei 38°23′
1.30
39.53

Correctiori perpendiculo, et apprimè incidenti
superior humerus Orionis ——— 47.13
7.16
39.57
Centrum ☽ per umbram altum in merid. ——— 59.29

Praecedens duarum in pede ♊ demisso verticali vadebat marginem orientalem, *εκλειποντα*, videbatur ab illo in imum ☽ marginem dupla proximè distantia ejus quae inter utramque pedum stellam.

Lucida pedis	56.36	Canis Sirius	23.44
	16.40		16.11
	39.56		39.55

Die 20 Jan: ♂ *mane* exiguò superaverat lineam ex Arturo in Spicam.

Die 22 alt. ☉ meridiana ——— 20.13
Caelum turbidum. Radius ☉ pallidus et confusus. 19.47.42 dcl.
40. 0.42
39.55
6 [1]Hoc habet refractio et parallaxis.[1]

Die 24 ♄, alt. ☉ meridiana —— 20.39

Die 27 ♂, inter ultimam balthei et posteriorem pedem culminabat aliqua in altitu. 5.41
Qualium ultima pedis 30. 2

[1–1] *Hinzufügung*

Februarij

Die 12 vesperi Luna praecise culminavit cum Cane Minore
differentia altitudinis ———— 10.57 [1]adde 6.12 borealem declinationem,
Canicula prodit 17. 9 declinatio visibilis.[1]
Videbatur in linea inter Caniculam et inferius caput Geminorum, itaque hoc illud, aut illud hoc destruit, quia differentia A.R.
inter stellas 36′
Postero 13 in meridie altitudo ☉ — 26.28
Die 14 26.49 [2]incorrecto instrumento, sed parum deest[2]
Qualium die 15 altitudo Rigel —— 31.13½ [3]ad: 8.42, est 39.55½[3]

Nocte inter 26.27 Feb: seu ♃ et ♀ dies haec observavimus, interea dum Corvus caelum mediat, nam cum incepimus, cauda Leonis jam transiverat, et jam priora quadrilateri culminabant, at uti desivimus transierat Corvus et de origine radix litterae V, proximè ultra meridianum stabat.



Inter Martem et Spicam ———— 9.44
Inter Martem et lancem boream —— 17.41
Inter Martem et Arturum ———— 29.13
Inter Arturum et Spicam ———— 32.57 debuit
Alt. Spicae meridiana ———— 30.50 deb: 53
Martis 32.54 ergo 7
Et sequente 27 in meridie alt. ☉ —— 31.27 ergo 31.30

[4]Quae supra ♂ ¼ ☽ diametri distabat, videbam obliquè quae per hanc et A, infra ♂ ibat. Quae infra, solus JOHANNES vidit, paulo plus uno corpore ♂ a ♂ paululus ad sinistram. * ABC rectus fere. ABM acutulus. AB longior quam AM. BC infra M paulo, minor BM quam MC manifestè.[4]

XVIII, 14ᵛ 1604

Die 27 Feb. vespere Venus et Mercurius putabantur mihi distare circiter 4 aut 5 gradus. Angulus distantiae et horizontis quasi 60. Mercurius infra ad dextram. Occidit plus ad septentrionem quam Venus.

Die 28 vespere per instrumentum distabant 2°23′, aliter 2°21′. Sed instrumentum peccat aliquot minutis, ut supra. Ergo vel 2°27¾′ vel 2°25¾′ [5]Imo 2.29¾ vel 2.27¾. Vide tamen prius[5]. Occidit ☿ ante ♀ quasi 6 minutis. Nam eo occidente putabatur qui alta ⟨7⟩½ diametris Solis horizontalibus. Occidente ☿ verticalis ejus fuit medius inter cornua ♈ et Triangulum.

Transposuimus jam pinnacidium et de novo probandus est sextans

Cum hoc igitur d: 29 Februarij inter ☿ ♀ 2.43
2.38
Inter ☿ et cornu ♈ 35.42½
In altitudine aliquot graduum
Jam occasuro Mercurio et 1 gr. alt: —— 35.30
paulo post 35.28

Occidit ☿ post collem ad septentrionem recta linea collis. Venus post ☿ occidit 270 pulsibus, id est 3⅜ minutis: paulo humilior ☿ est propter horizontis inaequalitatem.

[1–1] *Hinzufügung*
[2–2] *Hinzufügung*
[3–3] *Hinzufügung*
[4–4] *Hinzufügung*
[5–5] *am Rand*



		forte	
Inter ♂ et Arturum	29.22½	12½	
	29.24	14	
Alt. ♂ intra minutum 11°	29.20	10	
	29.22	12	
Dorsi ♌ altitudo merid.	62.37	22.42	39.55
Hic alt. ♂ 23.			
Tunc prior distantia	29.14		
	29.19		
	29.13		
	29.18		
Vindemiatricis alt: merid: ——	53. 5	13. 7	39.52
Hic alt. ♂ 32.			
Spicae alt. merid.	30.54	9. 2	39.56

Pene cum Marte et paulo ante culminabant duae in Centauro.

Prima alta	5.40	paulo ante ♂
Secunda	15.15	penè post ♂
Mars	32. 6	Splendor a 32. 9
		in 32. 2
		per 15 minuta.

Antecedebat illos globus 4 stellarum, 3 quintae et 1 sextae mag., sic ut ad latus vides.

Arturus altus	61.13	21.17½	39.55½′

1604 *XVIII, 15*

Maligne ac ne vix quidem lineis cernebam stellulam supradictam, supra ♂, linea adhuc ut ante biduum infra ♂ transibat, ♂ tamen jam et lineae et stellulae propior erat, et penè in linea. Illam verò remotiorem rarissime vidi, quae sc: alterum rectanguli latus constituit, in quo ♂ ipse: excedebat ut prius ex hac linea in superna. JOHANNES verò jam de sua stellula infra ♂ dubitabat an vidisset, an radij ♂ essent.

Martij die 2



Paulo post occasum Solis in altitudine circiter 15 graduum, nondum ulla stella conspicua, cum vix ☿ emicuisset, fuit in aequilibrio horizontis cum ♀: Paulo post jam demissior. Luna, Mercurius, Venus obtusum faciebant angulum. Cornu ☽ prope supinum. Distabat longius ☿ ♀, quam ☿ et cornu ☽. Semidiameter ☽ ab extremitate cornu extensa attingebat Mercurij verticalem. Inter ♀ ☿ 2°53′. Minus, nam interea dum ☿ caperetur, Venus parum abijt. Instrumentum autem ut 29 Februarij.

Die 3 vesperi

Inter ♀ ☿ 2.57½ forte paulo minus, ☿ exiguo altior ♀ etiam in occasu, non semidiametro ☽, imo initio aequilibris videbatur Veneri. Inter ☿ et superius cornu Arietis 31.34. In ficta observatione ☿ 1 gradu circiter altus.

Probavimus sextantem quo usi sumus hoc quadriduo[a]

Inter Canem Minorem et Orionis superiorem rubeum humerum sequentem:		26. 2
	debuit	26. 2.15″
Inter Canem Minorem et oculum ♉: ——		46.22½
	debuit	46.22

[a] quatriduo *Kepler*

Martem sic observavimus. Cum transiret os Leonis medium caeli, interceptis 29°17′ inter Arturum et Martem non potuit videri utrinque aequaliter. Ergo patuit minuendam distantiam. Cum minueretur ad 29.13½ jam peccabatur in partem alteram. At ubi aequaliter luxit, erant 29°15′ praecisè. Inde nubila per totum caelum.

[1]*4 Martij*[1]

Mane[2] cum jamjam transisset medium caeli cor Scorpij, posito instrumento super 29.19 manifestè apparuit Arturum non utrinque aequaliter videri, quamvis utrinque videretur. Ergo posito instrumento super 29.20 jam aerobique Arturus non amplius cernebatur. Ergo veritas est quam proximè 29.19, exiguo plus. '

XVIII, 15ᵛ 1604

9 Martij

Vesperi ☿ infra ♀ erat, et longe ad dextram circiter, 120° graduum angulo. Distantia quam 5°16′. Iterato 5°12′ minor utrinque. Inter Venerem (☿ enim malignè cernebatur) et superius cornu ♈ 24°19′, iterato 24°13′. Sed raptur et incommodè omnia, quare et infidè.

10 Martij

Vesperi ☿ sic ad ♀ inclinabatur ut 27 Feb., distantia dupla, JOHANNES distantiam a ♀ accepit inter 5°45′ et 5°48′. Propius ipsi 5°45′.

Noctum[3] semihora antequam cor Hydrae culminaret, fuit inter ♂ et Arturum minus 29.14, minus 29.11½, plus 29.8. Minus 29′10″. Plus 29′9. Sed tum melius accommodato cylindro.

Post in alt. ♂ 19.8 (statim post observationem) fuit distantia inter 29°12′ et 29°13′.

In alt: vero 24.45 (statim post observationem). Non potuit tolerari haec distantia, benè accommodato cylindro. Nam valuit 29.9¾ et hoc minus. Cauda Leonis quasi dimidia gradu aberat a medio caeli. Post ejus altitudo merid: 56.44

16.48

39.56

Cum de distantia ♂ et Spicae, Spica jam ⅓ transisset meridianum primo erat 29.9½, non admodum bene applicato cylindro[4]; post non potuit hoc tolerari sed requirebatur 29.10¼, quasi paulo minus, visus autem ♂ utrinque, ut dubites an quid deesset huic distantiae.

Tunc inter ♂ et Spicam	———	9.26
Secunda		9.27 minus
Martis in meridie altitudo		32.19½
Tum inter ♂ et lancem boream		18.25 minus
Inter[5] lancem et Spicam		27.32½
	deb:	27.34
	iterum	27.39
Inter borealem frontis ♏ et Spicam		39.32½
	deb.	26½

Cum jam cor Scorpij transisset, culminaret vero aliqua lucida supra[a] id in Serpente, distantia nostra, sed luxato et restituto instrumento fuit 29.13½.

[1–1] *am Rand*

[2] *am Rand* Perfecta operatione ♃ longius distabat a ♄, quam ♄ a meridiano.

[3] *am Rand* Sextans est probandus.

[4] *am Rand* Computato loco ♂ invenitur debuisse esse distantia haec 29°9′11″ et per vitium instrumenti 29.14.

[5] *am Rand* Probatur sextans. Testatur etiam calculus et consensis A.R., in utraque ♂ distantia circiter 5 plus justo fuisse. Vide computum observationum.

[a] superra *Kepler*

Tum[1] inter Polarem et caudam Cyn: 44.45 et plus aliquid
deb. 44.39½

Cum Saturnus uno gradu transisset meridianum non tolerari potuit 29.13½, paulo tamen plus quam 29.12½, puto 29.13 fuit.[1]

1604 *XVIII, 10*

Die ☿ 31 Martij mane Saturnus videbatur proximè poplitem Serpentarij, educta linea a Spica stella orientali per hanc fuit superior, sed educta linea a stella occidentali desuper ad inferiorem orientalem propiorem. ♄ paulo erat ad orientem. post Saturnum. Culminabat aculei Scorpij clara alt. 3.31 per frontes pinnacidiorum transpiciendo. Alt: merid: humeri Serpentarij 44.50 ultra clausulos pinnacidiorum transpiciendo[2]

Jovis alt. mer. 17.18.

Sine dubitatione, tantum probetur instrumentum.

Die ♃ 8 Aprilis vesperi culminante dorso ♌

Inter Arturum et Spicam		33. 4
	debuit	31. 1.45
Inter Arturum et Martem[3]		29.43½
Inter cor ♌ et Martem		54. 8½
Inter cor ♌ et Spicam itidem		54. 8½
	debuit	54. 2

Die ♀ 9 Aprilis mane

Inter Aquilam et ♄		48. 9
Altitudo capitis Serpentarij		52.57
	debuit	52.51
Altitudo ♃		17.11
Inter Aquilam et ♃		42. 8
Inter ♃ et cor ♏ incerta, trans pinnacidium		20.17

Die ♀ 14 Maji anno 1604

Noctu circiter 10 vel 11, cum Arturus jam transisset meridianum, Lanx tantundem ad orientem vel paulo plus distaret, fuit inter Saturnum et occidentalem limbum Lunae, corporis Lunae spacium: Saturnus penè insensibili humilior Lunâ.

Post cum esset Luna in azimutho 15¾ orientali, fuit alta circiter 17½ distans a Saturno limbo occidentali duabus circiter lunis, Saturno ad sensum humiliori.

Die ♀ 21 Maji, nocte sequente

Primum pro sextante probando, fuit inter cor et Spicam		54. 5⅓
	debuit esse	54. 2
Tunc inter cor ♌ et ♂		44.32½
Inter Lancem austrinam et ♂		30.46
Culminante Lance austrinâ.		
Inter sinistrum humerum Bootis et ♂		49.15
Inter Lancem austrinam et ♃		41.54

[1] *am Rand* Probatur iterum sextans.

[2] *am Rand*
44.50
39.54
4.56
deb. 4.49

[3] *Hinzufügung* proculdubio 28

Inter Lancem austrinam et ♄ 32.57½
Culminante boreali frontis ♏.[1]

XVIII, 10ᵛ 1604

Superioris duarum in manu Ophiuchi
superioris altitudo meridiana 36.19 } Altera declinatio in aust: 2°38′
inferioris 35.14 } declinatio 38.57
cordis ♏ 13.27 25.27 38.54
praecedentis genu Ophiuchi – 29.12 9.40 38.52
Inter superius cornu ♉ et ♄ – 46. 4
Inter superius cornu ♉ et ♃ – 37.20

		declinatio	
Altitudo meridiana ♄ ———	18.18	20.36	per 38.54
		declinatio	
sequentis femoris Ophiuchi –	23.46	15. 8	38.54
		declinatio	
Altitudo Jovis	16.15	22.39	per 38.54

Sed per laxa pinnacidio ab extremis luculae fastigijs ad opposita
variatio fuit a ——— [16. 9] dimidium fuit pinnacidia, residuum diameter.
in 16.19
Instrumentum, quadrans, uno gradu propendisse in septentrionem deprehenditur.

Nocte quae diem ☽ 31 Maji sequitur

Quadrante non correcto, alt: ♄ ——— 18.23½ cum ♄ jam nonnihil transisset
Sequentis femoris Ophiuchi ——— 23.43½
Inter borealem lancem et Saturnum — 28.35
Inter hanc et Jovem 37. 5
Altitudo ♃ cum Jupiter jam vix
amplius attingeret pinnacidium ——— 15.12
Inter Saturnum et sinistrum humerum Sagitt: 25.42
Inter Jovem et sinistrum humerum Sagittarij 17.12
Altitudo anterioris dextri pedis equi
Sagittarij 4.29
Altitudo ante penult: caudae Serpentis 35.52½
Melius explorato quadrante corrigendae hae altitudines et constituendae declinationes.[4]

Die 16 Sept. ♂ supra cor ♏ transijt, videbatur linea a corde per ♂ a polo eclipticae jam in orientem vergere, sed non tutò affirmare possum.

Die ♃ 23 Septembris vesperi

♃ et caput Ophiuchi 35.38 ♃ altus adhuc
♄ et caput Ophiuchi { 35. 5½ ♄ sat altus
35. 9
Pro sextantis probatione inter Lyram et Aquilam 34.17, sed omnia ⟨raptim⟩.

[4] *am Rand* aegrotus

Die ☽ 27 Sept: altitudo Solis meridiana 38°8′
Qualium sequente nocte sinister humerus ♒ culminavit alt. 32.40
verius 32.39
Sed antea quam culminaret hum. ♒ ab hora 1 noctis ad 3 haec observata
♂ ab Aquila 53° 3′ altitudo ♂ supra montem quasi tanta, quanta distantia ♄ ♂, paulo plus.
♂ a clara ♐ 26. 1 Marte post montem eunte
♄ a clara ♐ 27.17 alt: supra montem quasi 1 gr:
♄ a capite Ophiuchi 34.55 ♄ post montem eunte
♃ a capite Ophiuchi 35.34 ♃ alto supra montem quasi $2\frac{1}{2}$°.
♃ a clara quadrilateri ♐ 19.40 alt: supra monte: q:
Probavimus sextantem et invenimus inter Aquilam et Lyram 34°10′, deb: 34°9′, imo 34°12$\frac{1}{2}$′. Inter ultimam caudae Ursae et Coronam borealem 30°32′ vel 30°37$\frac{3}{4}$′.[1]

1604 *XVIII, 11*



Mars occidit ante Lunam, Luna Saturno propior fuit quam Marti, et obtusus ad ♄. Contra Jupiter Marti propior quam Saturno, triangulum scalenum, linea a ♃ per ♄ ibat per centrum ☽ aut paulo supra. ♃ longius aberat a ♄ quam ☽ a ♂. Et Mars obliquè infra ♄ quasi ♃ qualium ☽ a ♄ 9. Apparebat jam transisse ♂ ♄ ♂.

* *Die ☉ 10 Octobris* JOANNES BRUNOWSKY vidit Novum Sidus prope Jovem, rubicundius et clarius Jove.

Paucis ante diebus non visum attendentibus ad ♂ ♃ ♂. Non vidi ego 3 Octobris Marte ad ♃ accedente. Non vidisse meminit JOANNES SCHUELER 6 vel 7: Cum ♂ Jovi esset proximus. Caeteris diebus pluviae temere. Delineatio BRUNOWSKY prima



Die ♄ 16 Octobris per nubes vidit meus JOANNES SCHUELER, vidit iterum et BRUNOWSKY. Delineavit BRUNOWSKY sic JOANNES SCHUELER sic



* *Die ☉ 17 Octobris* Sole occaso clara die adhuc, vidimus Sidus satis altum, antequam Jovem aut ullam aliam cerneremus. Prima observatio fuit in Turri Collegij Nationum seu Reginae.[1]

Inter	Novam et Jovem	3.28$\frac{1}{2}$	a tempore quo Nova, ♃, ♂ habuerunt altitudinem quanta distantia N. ♂ usque dum decrevit ad distantiam ♃ ♂.
	Novam et Martem	8.31	
	Novam et Saturnum	6.21 6.14	
	Novam et humerum Sagittarij	20. 0	
	Novam et femur Ophiuchi[2]	7.39 7.35	

Saturnus, Nova et femur formabant scalenum acutangulum. Cum paulo minor esset altitudo, quam distantia Novae et Martis, erant in aequilibrio horizontis. Cum paulò

[1] *Hinzufügung* Sextans diebus sequentibus abundare deprehensus est 4 minutis.
[2] *Randbemerkung* difficilis observatio

minor esset altitudo quàm distantia Novae et Jovis, Nova et Jupiter erant in aequilibrio. Ex Nova per Martem transibat per posteriorem quadrilateri trapezij in ♐. Jove infra hanc lineam stante: quo arguitur, sidus ab ecliptica septentrionale esse.

Die ☽ 18 Oct. inter Novam et Jovem 3.40 bis
inter Novam et humerum ♐ 20. 1 bis
20. $2\frac{1}{2}$
Novam et femur Oph. 7.31
7.32

Probavimus sextantem. Inter alam Pegasi et sequentem humerum ♒ 35.12, deb. 35.9. Ergo sextans plus per 3. Inter praecedentem humerum ♒ et inferiorem in cornu ♉ 19°42′, debuit 19°37′. Ergo sextans plus dicit per 5. [1]

XVIII, 11ᵛ *Die 21 Octobris* in arce sextante Tychonis

Inter Jovem et Novam	4° $7\frac{1}{2}'$
Inter caput Ophiuchi et Novam	34. $2\frac{1}{2}$ Byrg: 34.0 eodem temp.
Inter humerum ♐ et Novam	19.54
Inter sinistrum genu Serpentarij et Novam	16.52
Inter Martem et claram dextri humeri Serpentarij	30.30$\frac{1}{2}$
Inter Martem et sinistrum genu Serp:	27.36
Pro sextante probando	
Inter Aquilam et Serpentarij caput	33.30$\frac{1}{2}$

Die 27 Octobris per idem instrumentum

Inter Jovem et Novam	4.59$\frac{1}{2}$
Inter caput Ophiuchi et Novam	34. $1\frac{1}{2}$

Stella Nova visa *9 Novembris* h. $4\frac{3}{4}$, occaso Sole, cum nondum possem videre ♃.
Visa etiamnum *16 Novembris*

Die 22 Nov. vesperi visa est Luna proximè locum Stellae, sed Stella non visa, nec a me in scalis arcis, nec a Brunowskio; Bacchatius affirmabat se vidisse. Sed puto in ♃ errasse, dicit enim superiorem stellam fuisse: at certe ☽ fuit superior. Non potest texisse ob magnam lat. sept:

Die 25 visus ♃, at non Nova.
Ita 27. Visus ♃, non Nova.
Die 30. Neque ♃ neque Nova.

Decembris die

Primo. Visus ☿ Brunowskyo
4. non potui videre ☿ ob nimiam auroram
6. Nondum vidi ☿ sed per nubila.
8. Vidi ☿ proximè post verticalem Arturi infra lineam a Spica per ♀.
13. Vidi ☿.
14. Vidi ☿.
16. Non vidi ☿ ob altas horizontis nubes, at ☽ cornua dirigebat ad Spicam, visa tota si connecteres Venerem et Spicam, vaderes cornu superius.
17. Mercurius ortus in clivo ad ortum acclivi, inter duas superiores et conjunctiores arbores trium manifeste distantium inter quas parva est ortuscula. Luna non duabus diametris abfuit proximo margine a Lance austrina, quae connexa cum Spica secabat Lunam



per centrum, aut certè dubitanter paulo superius. ♀ Lanx Spica angulus exiguo acutius ♀ Lanx ☽ rectus aut rectior, duplum a ♀ in Lancem ... ejus quod a Lance in marginem extremum.[1]

1604 *XIII, 219*

Eodem 17 Decembris intra dimidiam horam ab ortu ☿ videre ☿ amplius non potui. In radice illius clivi est horreum turbinatum, habens a sinistra casam humiliorem, has inter aedes loco medio ortus est Sol.

Die ☉ *19 Decembris* vidi orientem ☿[1] infra tres illas arbores pene in radice clivi. Sunt autem duae casae, altera parva et atra, altera major ad dextram, quae nescio an nux arbor sit potius, inter has 2 ortus ☿. Antequam Sol oreretur, nubila fuere.

Die ♀ *24 Decembris* vidi adhuc, apparente Arturo, sed admodum adulto crepusculo stellam scintillantem in verticali ortus ☉ diei 19 Dec: aliquot graduum habere altitudinem. Ut plurimum *αφαν*us scintillatione tamen admodum evidentem sese subinde protulit. Ex ♀ per illam videbatur duci in locum horizontalis, ubi stella die 19 fuit orta, sed non sat evidenti colluminatione hora $7\frac{1}{2}$.

Descriptio horizontis in ortu Solis 24 Decemb: Horreum illud turbinatum, habet a dextra adstans punctum nigrum, et sub horrei tecto a latere dextro punctum lucidum hiat. Rursum igitur primi radij emersere inter casam et horreum, inde cum ☉ medius extaret, supremo margine rasit fastigium horrei, lateribus horrei latera longè excessit. Non deseruit horreum donec totus extaret, et tunc punctum nigrum erat praecise in imo Solis margine conspicuum fuit quasi 12 minutis postquam sonuisset 8 in arce, 16 in veteri urbe, non pulsus coincidebant.

Ejus diei 24 Dec: vespera, hora 6 vel 7 vidi ♂ infra Lunam ad caudam ♉ sic. Triangulum erat pene isopteuron, minus tamen latus inter ♂ et superiorem, post iterum minus, inter ♂ et inferiorem.



Anno 1605

Die ☽ *3 Jan: mane* h: 7, depulsis nubibus Nova Stella manifestè rursum apparuit, scintillans rapidissimè: Sed parva, major tamen et clarior corde ♏, quod stabat infra ♀ ad sinistram paulo, et tunc paulò altior quàm NOVA, Arturus tamen multò clarius videbatur, et ad aestimationem major erat. Sed perpende Arturum altum admodum, et Novam ipso etiam corde ♏ plus in auroram immersum. Venus stabat proximè supra 2 claras in fronte ♏, paulo plus dimidio quam superiori propior quam haec inferiori, ut si BC 2, AB erat 1 plus. Non discernebatur B cum Spica a recto.[1]



1605 *XIII, 219v*

Die 10 Jan. mane visa Stella post ipsam ♄. Apparuit ♄ infra illam transisse.

Die 13, nullo crepusculi vestigio, putabatur major Arturo et Saturno.

Die 17. Visa Venus Nova Saturnus in recta, Venus Novae propior, quam Saturnus. Nondum in linea Nova et quae cum illa oriente stat pene in perpendiculo: paulo tamen inclinata. Minor Arturo putabatur major corde ♏, interdum non ita clara interdum clarior, est enim fulgor cordis ♏ constantior. Luna septentrionalior apparuit, Jovem non potui videre clarissimo caelo. Stella in ortu pulchrè movit visum, ut non lateret oriens. Remotis perspicillis vibratio aequabat Veneris vibrationem amplitudine, multo tamen dilutior.

Ortus Solis sic fuit. In suprema medietate clivi post hiatum arborum sequuntur arbo-

[1] *Randbemerkung* Si modo ☿ et non Nova

res ad visum septem. Prima claudit hiatum et magna est, secunda humilis et sparsa, tertia major prima, quarta humilis et sparsa, quinta minor et humilior, sed bene compacta et conspicua, sexta sparsa et humilis, septima maxima pene ipsissima summitate clivi. Solis igitur margo promiscuit apud quartam versus tertiam.



Die Solis 23 Januarij mane vidi Venerem in linea ex Saturno per dextrum genu, et altius per sinistrum, etiam si bene inter no ..., fuit enim solitaria. Simul autem recta ex Venere per Novam incedebat supra mediam trium clararum in fronte ♏, quarum suprema est duplex vel trigemina, Saturno propior ♀ quàm Novae, angulus ad ♀ obtusus in valle.



Die Lunae 24 Januarij h: 6, qualium ♀ a Nova distabat 5, talium a ♄ distabat 1, erat in eodem proximè verticali cum ♄ declinans parum ad dextram, angulus ad ♀ obtusus. In valle.

Die 26 Jan. infra Bodersheim, est visa Nova cum ♀ et ♄. Sed ♃ nequivit videri.

Die 1 Februarij clarum mane fuit. Inspexi Novum Sidus accurate, videbatur multo major Saturno, dubitanter major corde Scorpij, nempe ubi explicuit scintillantem fulgorem, scintillatio proximè ut cordis ' inertior[1] quam Octobri multo, fulgor non ita sincerae lucis ut cordis ♏. Rubor pene qualis cordis ♏. Numeravi stellas 12 continua et tortuosa serie in Serpente, in quo ordine Nova fuit 13, Saturnus extra seriem 14. Saturnus a linea ex ♀ in Novam egrediebatur in meridiem.

XIII, 220

Numeravi alias sex stellas in pede Serpentarij, [2]in spira Serp: et genu dextro[2]. Primum sunt duae clarae quarum linea cum zodiaco quasi consurgebat ab ortu, harum altera in pede altera in spira Serpentis censetur. Infra hanc ad dextram clara erat aliqua inferioris tamen honoris quam illae duae, faciens pene isosceles cum illis. Nova haerebat in linea ex hac in superiorum sinistram, sed tamen plusculum erat hac linea inferior et duplo quasi propior inferiori quam superiori illius lineae. Huic situi Novae respondebat in altero crura trianguli exigua aliqua similiter exiens a sua linea versus Novam sed minus, quam Nova e sua. Habemus duas e sex stellulis. Tertia stabat aequali libramento ad primam, quarta supra, facientes cum prima et secunda graecum Y sic tamen ut cornua dimidio ejus distarent a se mutuo, quod distabant a basi. Sequitur quinta obtu-

[1] *am Rand* 1605
[2-2] *Hinzufügung*

sior in linea cornu dextri, paulo depressior[a] et distantior ab apice, quam apicis a centro, ubi me hercule non inepta imaginatio calcanei inflexi[1] qui talum ad ortum, digitos ad meridiam vertat, sic ut haec quinta in digitis, apex cornu sinistri in talo sit, im verſen. Sexta est apud apicem cornu dextri vix agnoscibilis, propior apici quam apex centro Cite..., in quam ex apice proximo linea discedit a linea ex centro figurarum basin. Esset in dorso pedis, im ⟨ſchein⟩. Et hoc pacto Nova caderet in musculosam cavitatem surae pedis.

* [2]*Die 2 Febr: mane*, primum exercitavimus nos instrumento sextantis, quo nondum comperto de sua certitudine inter Novam et cor ♏ fuit semel atque iterum 15°15′. Sed interim etiam 15°34′.

Die 9 Februarij oriente Nova nubila toto caelo.

Die 10. Feb: qui dies ♃ erat distantiam minorem invenimus 15°15′. Majorem 15° 3′. Proximè 15°10′.

Die 12 Feb: mane, cum vix esset orta Nova, cepimus ejus distantiam ab

Aquila 46.
45.58 } in aequilib.[2]
46. 0

Postea Novae a corde Scorpij 14.55
15. 5 } in aequilibr.
14.55
14.55

Deinde cordis ♌ a Spica ♍ 54. 2
54. 2

Iterum Novae ab Aquila 45.50½
45.54 forte 44
45.45 } Bonae
45.44 } Bonae
45.45
} Viscebamus

Denique Spicae a Lance aust. 21.24

Linea ex Saturno per Novam infra inferius cornu ☽ transibat, ☽ propior Novae quam haec Saturno. Venerem supra Jovem transituram apparuit circiter diametro ☽.[1]

1605 *XIII, 220ᵛ*

Die 14 Martij mane, visa Nova oriri hora circiter 2.

Die ☉ *20 Martij mane*, cum praecedente vespera quadrantem explorassemus, invento inter Procyonem et lucidam Hydrae 30.$\frac{19}{20}$, inter cor Leonis et Spicam 54.$\frac{1}{2}$, sitque in Libra 30.24 et 54.2. Jam igitur mane die ☉ horâ 4 Sidus Saturno fuit multò minus, et parum superans magnitudine, stellas in genu Ophiuchi, Serpente, et manu Ophiuchi.

Observatio ♄

Inter ♄ et cor 22.32
29
31
Inter ♄ et Vulturem 40.4
7

[1] *Hinzufügung* praesertim ocreae equestris. Nam suô cornu faciunt arcum minoris circuli curviorem cornu, dextrum cum hac quinta arcum rectiorem circuli majoris.

[2-2] *zu diesem Abschnitt an einer geschweiften Klammer* Tyronitius juventibus

[a] *deprescior* Kepler

Novae altitudines fortuito situ quadrantis azimuthalis, nec perfectissimo perpendiculo

in azimutho –	alt.	az. Saturni	alt.
53. 0	18.13½	64. 2	16. 2
52.18	18.37	54. 2	17.23
48.41	18.34½		
45.56	18.25		

Non est autem fidendum neque numerationi azimuthorum, neque ipsis scrupulis altitudinum. Tantummodo hinc elicitur Novae altitudinem meridianam fuisse circiter 18°37′ vel 18°40′, Saturni circiter 50′ minorem. At nec hoc certum. [Nam alt. debuit esse circiter 20°10′.] ☉ 20 Martij.

Sequentis diei meridies fuit nubilus intersplendente Sole.

Collocavi quadrantem azimuthalem prout pedes quadrabant, et sic inveni altitudines Solis, cor rectissimo perpendiculo.

Azimuth, ab occasu versus		Alt. ☉
septentrionem	86.35 ————	31.18
ab ortu in sept:	89.35 ————	32.43
	84.26 ————	34.31
	51.18[1] sonuit 12. alt.	39.54′ vel 58′ confusissimo radio
	32.14 ————	38.24
	29.27 ————	37.58
	18.28 ————	35.24
	14.15 sonuit h. 2.	Tectum impedivit radium.

Assumpta igitur meridiana altitudine 39.55, et posito circulo diurno Solis maximo, quaesit inclinatis ad aequatorem 12 minutis (quae est variatio declinationis uno diei, semisse), de eo respondent bi arcus a meridie horarum propen … du … indices 36°48½′ | 32°38′ | 27°58′ ant. mer: Post 14°32′ | 16°30½′ | 25.29½. Sed azimutha meridiei vel verticalis ad nostrum circulum recti sic 49.2 | 49.44½ | 49.43 ‖ 50.54½ | 50.35 | 50.19. Arguitur ergo minor alt. aeq: Si autem assumam 39°49′, veniunt azimutha meridiei horae 50.14 | 50.0 | 50.1 ‖ 50.16 | 50. 2 | 49.58. Jam verum az. est paulo orientalius circiter m

[2]Assume observatam meridianam 39.50 quia melius conventus meridiani loca, adde 2.18 parallaxin, erit 39.52⅓. Ergo 50.7⅔ est poli altitudo, aut instrumentum vitiosum aut …[2]

XVIII, 44 1605 *Die Veneris 25 Martij*[3]

☉ azimutha –	altitudines
59.36 –	41.27
58. 0 –	41.34
57. 0 –	41.37½
56. 0 –	41.40½
55. 0 –	41.43
54. 0 –	41.45½
53. 0 –	41.46½
52.33 –	41.47
52. 0 –	41.47½

[1] *am Rand* Sane medium inter 84.26 et 18.28 vergit adhuc ad ortum, id est 51.27.

[2-2] *am Rand*

[3] *am Rand* Nocte quae 20 Martij sequitur altitudo cordis Hydrae

52.50	6.58	39.48
52.57		39.53

Sonuit 12 — 51. 0 — 41.48	50. 0	50.16	50.30	50.30	50°30′	50°30′
50. 0 — 41.48						
49. 0 — 41.48						
48. 0 — 41.47						
47. 0 — 41.45						
46. 0 — 41.43						
45. 0 — 41.38½						
44. 0 — 41.37½						
43. 0 — 41.34½						
42. 0						
38.35 — 41.14						

Die Saturni 26 Martij mane.

Quae in tractu stellarum Serpentis
clara supra genu dextrum — 30. 8 | 9.40 | 39.48 Puto genu sinistrum esse.
In secundo spondylo ♏ duarum inferior circiter 2°30 non collinando, sed aestimando
Dextrum genu Ophiuchi — 24.45½ | 15. 8 | 39.53½
Novae altitudo circiter — 18.46. Refractio ablata minuit.
Vesperi altitudo alicujus clarae quae culminabat post Canes, ultima earum quae caudam Canis Majoris sequuntur — 16.38½ | 23.12 | 39.50½ Refractio minuit.
Est lucida in puppi navis.

Die ☉ mane 27 Martij

Ordo culminantium			
Cor Scorpij	14.22	25.27	39.49. Refractio minuit.
quae infra id	12.32		
Sinistrum genu Ophiuchi	30. 9		Distantia Saturni a Nova erat 8°33′.
In superiori spondylo ♏	6.25		Post apparuit quod 8.30 sit minus
In inferiori ♏	2.51½ circ.		justo et 8.35 plus justo.
Dextrum genu Ophi:	24.48 vitiose fortè		Inter ♃ et ♄ 27°41′
Statim sequitur			Vide correctionem sextantis paulo
digitus pedis Ophiuchi	13.58½ circ.		infra.
Maligne cerni potuit, et collimando plane non			Sed hoc die nondum fuit correctus.
Quàm proximè simul culminant { Clara calcanei	15.20½		
In tibia quae supra dextrum genu in Serpente			
In vola calcanei			
Quàm proximè simul culminant { In talo			
Nova	18.47		
Saturnus	17.45		

Ejusdem diei vespera cor Hydrae et Spica ♍ distabant 58.37, debuit 58.28. Pro sextante probando cujus cylindrus post aequinoctium directus fuit fortassis in detrimentum.

Arturi et Spicae	33°10′	deb: 33. 1½	
Cordis ♌ et caudae ♌	24.45½		24.39¾

In Hydra sunt 3 in recta media exilis. Tertia a corde Hydrae habebat in altitudinem 29°25′.[1]

XVIII, 44v 1605 *Die ☽ mane 28 Martij*

♄ ab Aquila	40°10′
♄ a corde ♏	22.41′
	22.40
Novae altitudo	18.48
♄ a Nova	8.40
	8.36 Debuit 8.34 ad sum-
	8.39 mum ex sesternâ et diurno.

Aprilis 3 die Solis

Horologio Tychonico et quadrante azimuthali sumus usi. Horologium citatius justo fuit. In meridie Solis appulsus in meridianum haberi non potuit ob nubes.

Quadrantem nostrum subinde correximus ratione perpendiculi. Itaque praeter illum antiquum errorem 4 circiter minutorum, quibus deficiunt altitudines, correctissimo perpendiculo, fieri potest, ut hinc inde alius etiam errorculus accesserit illum priorem vel augens vel tollens.

Interea etiam quiescere inventum est Tychonicum, sed non diu, ut consensus ejus cum urbicis arguit. Fortasse per minuta 3 quievit. Hoc dempto, de caetero singulae horae in Tychonico habebant 7 minuta abundantia, sic ut 67 minuta Tychonica facerent 60 legitima. Ego aliter corrigo.

		Series observationum			
Tychonicum	Arcis. Novae urbis		Azimutha instrumenti cujus meridies	Altitudi:	
12.0	12.0		50°12′ ab ortu ab occasu		
7.14	cepit	sonare 24			
7.26		centri ☽	52.44	3° 1′ supremi marginis ☽. Paulo major fuit quia perpendiculum fugiebat ab instrumento.	
7.37½			54.22	4°31′	
7.49½			56.10	5.41	
7.52			56.52	6. 0 diligentius	
correc- 8.16			60.57	9.22	
tum tempus 8.21		sonuit 1			
ad initium					
7.37 – 8.29	7.38		63.16	10.57 initium dubie	
7.39 – 8.31	7.40				

Jam agnita portiuncula defectus, linea ex centro per defectum supra Spicam satis alte incedebat, secans horizontem angulo acuto valdè.

8.35	7.44	Spicae ♍	63.15	7. 8	paulò incertiori perpendiculo, cujus filum tunc erat ruptum.
Altitudo Spicae					
dat tempus 7.54 – 8.46	7.54	Ejusdem	64.53	8.33	diligenter
ergo aberrat					

horolo: 52′ Hinc erant digiti quasi $2\frac{1}{2}$

9. 0 8. 7 Ejusdem etc. 67.26 10.28 Digiti quasi 4 vel pars q: $\frac{1}{3}$ dia:

$8^h15'$ 9.10 8.16 69.40 11.46 Dimidio paulo minus

9.19½ 8.24½ 71. 0 12.52 Aberat de circumferentia dimidium

9.28 8.32 Sonuit 2 Nondum erecta stetit

$8^h36'$ 9.33 8.37 Paulo ante erecta stetit. Aberant $\frac{3}{4}$, vel digiti circiter 9.

1605 Tychonicum In Arce In Nova Azimuth: altitudo *XVIII, 45*

urbe:

8.49 9.46 8.48 Non duo superfuere digiti

8.54 9.51 8.53 9 sonuit

8.57 9.55 8.57 Superfuit quasi pars quarta circumferentiae, digiti deficiebant 11 circ.

9. 5 10. 3 9. 4 Cornuum linea ducabatur ad Spicam. Vix tamen imaginabilis

corr. 9. 7 ob exilitatem corniculi

9. 7 10. 6 9. 7 Spicae 80.42 18°17′ Inaestimabile quid superfici …

9.22 10.21 9.20 Vel paulo ante. Linea ex superstite loco circumferentiae per centrum Lunae incidit in praecedens genu Bootis. Ergo Medium.

9.22 —— Tunc Spicae 83.40 20. 1

Aberrat 59

Hactenus ab occasu numerabantur azimutha instrumenti. Jam numerabuntur ab ortu.

9.35 10.35½ sonuit 3

9.53 10.55 10 Sonuit

10. 1 11. 3 9.58 — Spicae 87. 0 24. 1

10. 6 11. 9 10. 7½ Cornua sursum

10.17 11.20 10.17½ Luna quasi dimidia

10.38 11.43 10.37 sonuit 4

10.46 11.52 10.43 Adhuc pars quarta de circumferentia aberat

10.52 12. 0 10.50 11 sonuit

10.54 12. 2 10.52 Adhuc inaestimabile quippiam aberat

10.58 12. 6 10.55 Finis ferè, sc: dubie, ob maculam supra oculum tarde illuminatam. Linea ex centro per defectum infra Spicam descendit.

⟨11.⟩0 12. 8 10.57 Finis certus.

Ergo duratio in Tychonico horologio 3°37′. Et quia 67 dant 60[1], tunc 217 dant 194. Duratio ergo correcta 3°14′ vel 3.16 quam longissimè sumpta, a dubio initio ad finem certissimum. Ex calculo Tychonis 3°20′. Sed exploranda fides omnium horologiorum per altitudines Lunae et fixarum.

[1] *Hinzufügung, nicht Keplers Hs.* In horologio nostro non 67 dant 60, sed 95′. 88′, ergo $\frac{217}{219}$ dant $\frac{201}{203}$. Ergò tota duratio $3^{h}\frac{21}{23}'$. et finis certus praecisè hora 11. Initium cum calculo nostro satis congruit, sed finis 7′ abest juxta hanc observationem. In scioterico nostro, locum umbrae notavi cum omnimode plena mihi videretur: ille à linea undecimae horae, parum adhuc distat fere per 8′ temporis.

Cepit 8 minutis Tychonicis, hoc est 7 circiter minutis post horam noctis primam horologij urbici cujus certitudo ex fixis prius exploranda. TYCHO ponit initium h: 1, min: 5. Medium ex initio et fine, in Tychonico h. 10.18½ quod pulchrè convenit cum annotatione ad horam 10.21 Tychonicam. Non digiti semissis, non quarta pars superfuit quod pulchrè cum TYCHONIS calculo convenit. [1]

XVIII, 45v 1605 *Die 21 Aprilis mane*

Nova videbatur aequare claram duarum supra se puto in dextro genu.

Clarior pedis seu calcanei alt.	15°23′	
In vola calcanei, Centrum ⟨Lrae … ♈⟩	15.47	
In talo, quae illa paulo altior et paulo posterior Novâ	15.49	quasi
Et hanc et Novam praecedit aculeus ♏ valde humilis.		
Quae in flexu Serpentis clara	24.46	
Quae[1] supra hanc modicè sequens	26¾	valde lato modo
Clarior in manu dextra	30. 9	uno pinn: supra ♄
Cuspis Sagittae, quae nescio an certò sequitur	9.16	latiori modo
Aurora ♄	17.47	diligenter

Alio situ instrumenti

Die[a] ♃ *27 Aprilis vesperi et die* ♀ *28 Aprilis mane*

	Spicae Virginis alt: merid:	30°50′,	deb: 30.52
	Cordis ♏	14.20	forte 25
	quae sequitur infra cor	12.26½	uno pinnacidio
	Statim sequebatur clara fin: genu Serp:	— 30.10	deb. 30.14
	In sinistro cubito	42.35	jam transierat
	In priori spondylo ♏	6.22½	
	In dextro genu clara supra Novam	24.44	
	In digito pedis maligne visa, sed scintillans	13.36	malignè
In uno vertica-li quasi	In tibia	19.13	incertior
	Quae in Serpente supra dextrum genu	27.26	
	Clarior pedis calcanei	15.19	
	Nova	18.44	

Interim animadversa perpendiculi aberratio quae omnes has observationes attinet.

Quae in manu dextra sequens supra humerum ♐ forte infra spiramus quae pro manu haberi posset	30.12	correcto perpendiculo
Aurora Saturnus	17.45	

[*Maji*

Die 13. Mane visa stella, aequabat illam ad dextram supra se.

Die 23 vesperi h: 11, visa stella, magnitudine ⟨ejus⟩.

Junij

Nocte inter 1 et 2 Junij Nova Stella h: 1 p: m: n: visa mihi est infra lineam ad dextram paulo, 2½ diametris ☽ sub ejus proximo margine remota.] [1]

[1] *Randbemerkung* Has intercedit aliqua altior in Serpente.

[a] *ergänzt (V. B.)*

COMMENTARIA IN THEORIAM MARTIS

A 11 *De nova ratione condendi prosthaphaereses planetarum*
A 12 *Pro proportione utriusque partis aequationis*
A 13 *Methodus construendi aequationes et distantias*

A 11

XV, 398 DE NOVA RATIONE CONDENDI PROSTHAPHAERESES PLANETARUM, UT JAM SOLIS

Experimento uno probatum habeo, quando sic constituimus, esse moram planetae in quolibet gradu eccentrici ad moram in alio gradu, ut est distantia illius gradus a Sole ad distantiam alterius, aequationem maximam praecisè bisecari ab utraque causa: ut si aequatio sit ut in Sole 2°3′18″. Dimidium 1°1′39″ erit propter eccentricitatem, residuum propter longiorem moram in semicirculo altiori. Assumpsi enim eccentricitatem 2041, quae subtendit 1°10′10″. Postea constitui distantias planetae ad omnes gradus eccentrici, seu anomaliae eccentri integros, et posui motum per integrum gradum sibi ipsi manere similem, quod a vero quam minimum differt; ei verò tempori, quod planeta conficit in uno gradu eccentrici, quando est in mediocri a Sole distantia, nomen dedi unius gradus. Postea omnibus gradibus sua tempora ad hoc jam constitutum suam proportionem justam habentia per regulam de tri assignavi.

Tempora omnia acervavi, summa major fuit quam 360, quod facile demonstrari potest. Quia enim ut mediocris distantia 100 000 ad tempus 1°, ita summa omnium distantiarum ad summam omnium temporum, summa verò omnium distantiarum superat summam 360 distantiarum mediocrium. Ergo et summa temporum superabit summam 360 tempora mediocria. Superare vero summam verarum distantiarum 360 totidem mediocrium, sic probo.

Cum enim fingantur ejectae 360 ex centro eccentrici ad fines integrorum graduum eccentri, duo quilibet erunt invicem oppositi constituentque unam lineam rectam. Iterum cum fingantur aliae 360 ' ejectae ex centro Solis ad eosdem circumferentiae terminos, centrum vero Solis sit tantummodo in unica diametro de supra delineatis 180, extra verò caeteras omnes, fiet hoc pacto, ut bini ex centro eccentrici oppositi gradus cum Sole connexi triangulum forment, cujus duo latera ex Sole egredientia basi per centrum eccentrici eunti, hoc est binae distantiae verae binis mediocribus sunt longiores. Quare et omnes omnibus erunt longiores.

XV, 398ᵛ

Hoc probato, cum summa temporum tanto major sit summa justâ, quanto major est unum tempus initio assumptum tempore justo, facile prodit, quantum pro justo tempore debeatur mediocri distantiae, minus scilicet quam 1°.

Itaque hoc constituto summam distantiarum nonaginta multiplicavi in tempus distantiae unius, et prodijt anomalia simplex, respondens nonaginta gradibus eccentrici, fuitque 91°10′20″. Excessus 1°10′20″ priori parti aequationis proximè aequalis.

Ex hoc experimento, cum sinus aequationis maximae sit 3600. Dimidium 1800. Erit eccentricitas. Extruxi igitur distantias et aequationes, propter compendium aliquod, ad singulos gradus anomaliae coaequatae hac facili methodo. Sinus omnes ordine multiplicavi in eccentricitatem 5 cyphris ⟨demtis⟩, quod in hac 1800 propter aptitudinem numeri etiam compendiose factum. Nam addita cyphra habetur sinus decuplum, simplo ablato noncuplum, quod est dimidium de 1800.

Cum his nonaginta numeris excerpsi nonaginta aequationum arcus, qui omnes bis ⟨su⟩mendi sunt, propterea quia semper duo gradus anomaliae coaequatae sunt ex centro Solis sibi oppositi, connexi ergo cum centro eccentrici faciunt isosceles, cujus uterque angulus aequatio est illius loci.

Postea sinus complementi aequationum nonaginta excerpsi illisque et addidi et ad- '

emi numerum ex sinu complementi anomaliae, observatâ casuum varietate. Prodiere *XV, 399* distantiae, quarum binae oppositae sunt, duplum complementi aequationis sinus.

Hoc pacto eccentricus dividitur in 360 partes inaequales. In quibus quas planeta moras conficit, eae comparari legitimè non possunt, cum sint partium inaequalium. Sed cum duae partes oppositae efficiant duas integras, sc: 2°, tempora binarum oppositarum comparari possunt. Sic igitur egi. Sinus versos omnium aequationum collegi, summam subtraxi a 360 radijs. Relicta fuit summa omnium distantiarum minor quam 360, quia ut prius 180 triangula constituuntur, quorum 360 latera longiora sunt quam 180 bases. Inde hujus summae comparatione ad 360 anomaliae simplicis factâ, prodijt anomalia mediocris distantiae debitae. In hoc videor impegisse. Nam etsi 360 debentur illi summae, non tamen debentur illi ad portiones aequales. Nam ipsae partes eccentrici sunt inaequales, ergo et morae. Sed tamen nullus est error. Nam ideo sumpsi binas partes oppositas, ut divideretur hic quoque eccentricus in 180 aequalia.

At profectò jam in successu impegi. Nam ut totus 100 000 (dixi) ad 1'.0°18'.23", ita differentia quaelibet inter longiorem et breviorem distantiam oppositas ad portionem temporis addendam et subtrahendam prius inventae duplici morae jam dimidiatae, ut habeatur, quantum planeta in longiori distantia moretur, quantum in breviori. Error hic esse videtur, quod distantia brevior ad breviorem partem eccentrici valet, itaque eccentricus ille semicirculo aliter divisus est. Praeterea incommoditas est. Prodit enim tempus debitum gradui aequali, quod proportionaliter demum aptandum illi parti, ad quam est distantia. Denique aliter operari nequimus, nisi per singulos eccentrici gradus et singulas distantias, non aliquot conjunctas. At si eccentricus dividatur per aequalia, per conjunctas distantias possimus operari. [1]

Videtur esse regula 5 terminorum, sicut se habet mediocris distantia ad sui gradus *XV, 399v* tempus, ita alia ad sui gradus. 100 000 per 1°0' 18"23"' dat tantum, quantum alius per aliud.

Dicas

100 000 per 1° eccentri dat 1°, quid 101 800 per 1°1'5".

Ponitur sic

$$100\,000^\circ - 1 - 101\,800 \;\Big|\; 1^\circ 2' 10''$$
$$\{\ldots\}$$

Prodibit, quod initio, cum minus per semicirculum colligetur quam 180. Nam si 100 000 per 1° eccentri dat 1°, certè residuorum terminorum pauciores sunt, quam 360, quare et tempora. Antea dicebam, 100 000 per 1.1.5 dat 1.1.5, quid 101 800 per 1.1.5.

Constituit quidem uterque modus motum diurnum sat praecisè, sed quia anomalia collectione diurnorum est constituenda, error accidit. Quodsi augeam medio suam portionem, nescio quàm id rectè fiat. Nam potius augerem distantias.

Sic, ut quia 1° debentur 101 800, quid debitur 1.1.5. Sequitur 103 638. Et jam 100 000 per 1° dat 1°, quid 103 638 per 1°1'5" {...}

$$\frac{1\,871}{105\,509 - 14.30}$$
$$\{\ldots\}$$

Collectio distantiarum talis fuit: 181 distantiae, quarum prima fuit ad gr. 0°, ultima ad gr. 180, fecerunt summam 1 809 855 204.

Probationis loco collegi sinus versos omnium aequationum, sc: 91. Primus erat 0, secundus $\frac{1}{2}$, ultimus 1620.

	Summa $73\,675\frac{1}{2}$
Summa 91 mediarum	910 000 000
Summa 91 distantiarum	$909\,926\,324\frac{1}{2}$

Summa 182 distantiarum, ubi quae ad 90 bis est	1819852649
Ergo subt.	10000000
Et adde versum	1620
181 distantiae verae	1809854269
Prius	1809855204
Ecce	935 '
XV, 400 Duplica	1809855204
362 distantiae	3619710408

Hic enim apogaea et perigaea bis comprehenduntur

Summa ap: et perigaea	20000000
Subtrahe utramque semel	
Totidem distantiae verae	3599710408

dat 360, quid 10000000 3600000000
3599710408 1°0′0″17‴
{...}

Si ergo 10000000 dat 1.0.0.17 quid omnes sinus versi.
Conjice in fractionem denariam 2895920000000 | 804½
359971040 8
{...}

Mensura talis est, quod qualium totus anomaliae circulus est 360,0000000, talium radio 10000000 debenter 10000804½.
Si 10000000 dat 10000804½ quid 1620. Versus aeq: 90 ae.

1620 100000000 |
{...} 8045 | 12430
1620,1303290 {...} |

Vide quanta pars sit additamentum totius.
Est $\frac{1}{121430}$. Pars ergo de 1620 $\frac{1}{121430}$ est $\frac{1620}{121430}$. Ita sinui verso gr: 90 debetur $1620\frac{1620}{121430}$. Cumque sit tantummodo pars $\frac{1}{11}$ circiter unius particulae, omnino est negligenda. Ita debebitur distantiae ad 90.

10000804½ Quot sunt tertiae 1620? Unum scrupulum
1620
9999184½

valet $166666\frac{2}{3}$. Unum secundum $2777\frac{3}{5}$. Unum tertium $46\frac{3}{10}$. {...}. '

XV, 400ᵛ Ergo sinus 7 ultimi versi requirunt 35‴ singuli, qui sequuntur 5, requirunt 34‴, reliqui 4.33‴. Tum 3.32‴ et 3.31‴. Et 2.30‴. Et 2.29‴. Et 2.28‴. Et 2.27‴. Et 2.26‴. Et 2.25‴. Et 1.24‴.

1620.	35‴	0°59′59″	42‴	Atqui haec sunt tempora debita cuilibet integro gradui,
1618	35	0.59.59.	42	seu potius horum dupla debentur binis gradibus oppo-
1617	35		42	sitis ex Sole.
1615	35		42	Jam investiganda et illa tempora, quae debentur diffe-
{...}	{...}	{...}		rentiae duarum oppositarum distantiarum, ut videa-
5	0		17	mus, quomodo haec dupla inter utramque oppositam
2	0		17	distribuenda sit causa vigoris, et nota, quod prodit tan-
½	0		17	tummodo, quantum uni gradui debeatur. Itaque ano-
0	0	0. 0. 0.	17	malia colligetur per continuam additionem tantummo-

do ad anomaliam eccentri, etsi distantiae sint ad anomaliam coaequatam. Differentia

autem, quam dixi, binarum oppositarum distantiarum est nihil aliud quam sinus aequationis ad complementum anomaliae coaequatae.

NB. dic 1620 quid 20000000|0
9998380 19998380|0
10000000 (...)
19998380 auf (2) 34992000|0 Liberamus ergo additione 90 summum 174‴ Ecce quod (idem) sit. ¹

3151		5818		9405		12508			60	0.56. 7	*XV, 401*
2778	1″	5555	2″	8333	3″	11111	4″	(...)	61	0 56.40	
373	8‴	263	16‴	1072	23‴	1397	30‴		62	0.57.13	
									(...)		
									88	1. 4.45	
									89	1. 4.48	
									90	1′ 4″50‴′ ¹	

Sunt igitur differentia hae *XV, 401ᵛ*

0	1. 0. 0.17		1	1. 0. 0.17		2	1. 0. 0.17		(...)				
	1. 4.50			1. 4.48			1. 4.45						
	1. 1. 5. 7			1. 1. 5. 5			1. 1. 5. 2						
60	59.59.51		61	59.59.50		62	59.59.50		(...)				
	32.25			31.26			30.26						
	1. 0.32.16			1. 0.31.16			1. 0.30.16						
(...)													
88	59.59.42		89	59.59.42		90	59.59.42		Hic nihil debebat				
	3.23			2.46			1.58		superesse. ¹				

Operae precium est videre, quanta futura sit aequatio maxima. *XV, 402*

Primum considera has differentias anomaliae simplicis in ultima serie respondere integris gradibus anomaliae eccentri. Collige nonaginta unum.

Sunt ergo sub titulo graduum gradus 90 et una cyphra. Sub minutis unitates 23. Cyphrae 67 et semel 59 sub secundis 4 decies, 3 quater, 2 ter, 1 ter. Cyphra ter, inde 59 ter omnes ordine reliqui semel exceptis 23.11.2. Sed 58.57.56.55.53.51.48.45.37 bis habentur.

Collectio

Sub tertijs			Denarij vacatae	5.18			Progressio arithmetica					60
Cyphrae 5	0			10.18		3. 0						1
1.13	13			20.16		5.20						61
2. 6	12			30. 7		3.30						30
3.12	36			40.15		10. 0						1830
4. 5	20			50.17		14.10	Subtrahe	23.11.2				36
5.12	1″ 0					43. 0						1794
6.14	1.24		sub secundis			39.34				Et		60
7. 9	1. 3		sub minutis	1.23	−	23						1734
8. 4	32			59. 1		59						579
9.11	1.39		Et 90 igitur			92. 2.17						2313
	6.59						Ad.	4.10	40			
								3. 4	12			

2. 3 6
1. 3 3
2374 39.34

Adde 59
{...}
45
38
579

Ergo 91 differentiae anomaliae simplicis sunt 92°2′17″. In hac summa continetur ea ad g: 0, extendens se ex dimidio ante, et ea ad g. 90 extendens se ex dimidio post.

An: ecc: 90
An. coaeq: 89 90° 1′52″
90 91. 1.53
1.0.0 dat eo loco 59.59 quid 1. 1.53
1.53
1. 1.52

Dim: g: 0 30′32″33½‴
Dim. g.: 90 29.59.51
1. 0.32.24½
Summa prior 92. 2.17. 0
Anomal: sim. 91. 1.44.36
1. 1.52
92. 3.36½ Ad. an: co: 90
Aequatio maxima 2. 3.36½′

A 12

Pro proportione utriusque partis aequationis. *XV, 402ᵛ*

Binorum oppositorum ex Sole arcuum seu graduum eccentri anomalia simplex est exiguo minor 2 gradibus infra 45 gradum, major supra hunc. Idque non inde, quod illi 2 gradus ex centro eccentrici non opponuntur. Nam neque illi opponuntur, qui anomaliam habent majorem 2 gradibus, sed ideo, quia propiores sunt junctim centro virtutis. Jam in apogaeo hactenus probatum est, ita esse arcum eccentri ad anomaliam simplicem, ut est gradus unus anomaliae coaequatae ad suum arcum eccentri. Quare cum in omnibus arcubus arcus eccentri sit medium proportionale inter arcum anomaliae coaequatae et anomaliam simplicem, erit utique altera pars aequationis semper exiguo major in apogaeo, minor in perigaeo. Quod si duplicetur aequatio eccentri, semper minus nanciscemur, sed exiguo. Nam maxima differentia est in apogaeo, ubi minima est aequatio, inde magis magisque decrescit. Cum ergo semper plus habeat altera pars aequationis, totidem numero partes accumulatae in anomalia media plus itidem haberent, nisi jam hoc alterum accederet, quod circa anomaliam mediam, scilicet post 45°, ipsa pars integro gradui debita minus habet. Ita altera causa alteram tollit. Desideratur tamen demonstratio, an praecisè duplicandae sint omnes aequationes. Primum ut brevior distantia ex oppositis composita ad distantiam per apogaeum et perigaeum, sic anomalia simplex suscepti arcus eccentri ad anomaliam simplicem consimilis arcus in apogaeo. Deinde ut gradus coaequatae ad arcum eccentri, sic hic ad anomaliam. Est regula septem. Coaequatus per suam distantiam et arcum eccentri dat suam anomaliam, quid alius coaequatus per suam. Et recidit in regulam quinque. Anomalia eccentri per distantiam apogaeam dat suam anomaliam simplicem, quid alia anomalia eccentri per suam distantiam. Tum penitus in simplicem trium regulam: distantia apogaea dat anomaliam simplicem, qualis ultimo inventa etc. Sed fit hoc pacto circulus. Proba exemplo. Ascriptum est 1.1.5.7 debitum integro gradui eccentri apogaeo, quid 1.1.5, itidem arcui eccentri apogaeo.

1° – 1° 1′ 5″ 7‴ – 1°1′5″

1. 1. 5	
1. 1. 5. 7	Hic unum secundum abundat. Sed compensatur inferius,
1. 1. 5. 7	ut est diminuta anomalia simplex. Quamvis integrum com-
5. 5.25.35	pensari non potest, quia illud est in tertijs, hoc in secund:.
1. 2.11. 17.32.35	Proba in ☿ quantum simus peccaturi. Is habet eccentricita-

* tem maximam circiter 15000. Sit an: co: 1°. Ut 10000 ad 1745, sic 1500 ad 1745
Veniunt aequatio 9′, duplum 18. Sit autem aeq: 872
max. 8°37′38″, com: 81.22.22, sin: 98868. 2617

Si[1] 198868 dant 2, quid 100000 — 200000 | 1.0.41″
198868
{…} | Sic debitur illi 1.0.41.

Si[1] 100000 dat 198868, quid 15000, sequitur $\frac{30000}{198868}$
Totum $\frac{230000}{198868}$. Et 1°9′47″. Proport: 1°20′15″, plus 2′15″ in Mercurio.[1]

[1] *am Rand* Problema

XV, 403

Collectio Correctior

°	cum verso	Semimora binorum oppos: loc: an: co:	Ex sinu aequationis	An: sin. differentiae
0	0‴	1. 0. 0.17	1. 4.50	1. 1. 5. 7
1	0	17	1. 4.48	1. 1. 5. 5
2	0	17	1. 4.45	1. 1. 5. 2
3	0	17	1. 4.40	1. 1. 4.57
{...}				{...}[1]
XV, 403ᵛ 178	0	0.17	1. 4.45	55.33
179	0	0.17	1. 4.48	55.29
180	0	0.17	1. 4.50	58.55.27[1]

XV, 404

Demonstratio[2]

Spacium caeli, quod diameter Solis vel Lunae occupat, majori tempore ab occasu in ortum, ex Terrae centro collimatione factâ pertransiri, quando sidus in apogaeo sit, quando in perigaeo. Intellige autem de Lunâ in conjunctionibus et oppositionibus.

Ex A puncto, quod sit centrum Terrae, recta AE egrediatur, in qua E sit centrum Lunae in apogaeo, B in perigaeo. Ad quam duae rectae aequales EF, BD ad perpendiculum erigantur. Et sit EF vel BD semidiameter Lunae. Connectantur termini F, D cum A. Videbitur ergo diameter Lunae in E sub angulo EAF, in B sub angulo BAD. Dico centrum Lunae longiori tempore pertransire angulum EAF quàm BAD. Initiò probandum est EAF esse minorem. Id quidem patet ocullariter. Nam in trianguli FEA latere EA recta ex puncto B est erecta parallela EF, secans alterum latus FA, secet in C. Cum ergo triangula seu proportionalia AEF, ABC, erit ut AE ad EF, sic AB ad BC. Et permutatim ut AE ad AB sic EF ad BC. Sed AE major est quam AB ex hypothesi. Ergo et EF major est quam BC. Aequales vero EF, BD, major igitur et BD quam BC. Super basi igitur BD major quam BC, major stat angulus. Et BAD major est quam BAC, sed BAC et EAF idem est, ergo BAD major est quam EAF.

Jam probetur tangentium, qui arcus visionum tangunt, proportionem esse permutatam ejus quae est inter distantias. Anguli BAC vel EAF tangens in propinquitate B sit BC, sed BAD sit BD in eadem propinquitate. Dico ut AE ad AB sic esse BD ad BC. Est enim, ut AE ad EF, sic AB ad BC. Ergo ut AE ad AB sic EF ad BC, sed BD aequalis est EF, ergo ut EA ad AB sic BD ad BC.[3]

Pergo nunc, ut AE ad AB sic mora planetae in EF portione eccentrici ad moram ejus in BD aequali portione eccentrici. Sed proportio AE ad AB est proportio BD ad BC.

[1] *Zahlen auf XV, 403ᵛ in Hs. von Seiffart.*

[2] *Randbemerkung* Item compendium pro extruendis aequationibus ad singulos gradus anomaliae eccentri aequales.

[3] *Randbemerkung* N. B. Diametri apparentes sunt ut distantiae permutata proportione



XV, 404v

Ergo ut DB ad BC sic mora apogaea ad moram perigaeam ad aequales partes anomaliae eccentri. At DB non est apogaea visio, et BC non est perigaea, sed contrarium. Ergo ut visio perigaea ad apogaeam (seu ut tangens anomaliae coaequatae in perigaeo ad tangentem anomaliae coaequatae in apogaeo, ex eadem anomalia eccentri profluentium) ita mora in apogaeo ad moram in perigaeo. Si jam dimensio morarum per arcus instituatur: Erit arcus anomaliae eccentri inter binos et binos arcus medius.' Nam in perigaeo visionis arcus est major, morae arcus minor. In apogaeo morae arcus est major, visionis minor.

Et quia ut ejusdem gradus eccentri visio perigaea ad apogaeam, sic mora apogaea ad moram perigaeam, major autem visio perigaea, major igitur mora apogaea ejusdem gradus eccentri: quod erat probandum. Diameter autem vera semper habet eandem proportionem ad gradum eccentri. Hinc etiam compendium cernitur in aequationum extructione. Nam constitutis arcubus aequationum ad singulos gradus anomaliae eccentri. Gradus anomaliae coaequatae permutato ordine ex apogaeo sunt ascribendi perigaeo pro mora temporis. Et perigaei visionis arcus apogaeo pro mora itidem temporis. Hujus rei demonstratio haec.

Supra probatum, ut visio perigaea ad apogaeam visionem, sic esse moram apogaeam ad moram perigaeam. Ergo permutatim, ut visio perigaea ad moram apogaeam, sic visio apogaea ad moram perigaeam. Sed datur visio utraque. Ergo et mora utraque; vel datur mora utraque, ergo et visio. Vel datur mora altera ergo et altera.

Etsi ergo mora non exprimitur ulla, potestque varia esse tamen, quia conjuncta mora dicitur esse 360, jam et partes dantur. Sint morae apogaeae 4.5.6., perigaeae 1.2.3. Visiones perigaeae 12.15.18, apog: 3.6.9. Ut 12 ad 4, sic 3 ad 1. Et ut 15 ad 5, sic 6 ad 2 et ut 18 ad 6, sic 9 ad 3. Junctim ergo ut 45 ad 15, sic 18 ad 6. Vide an idem valeat etiam in diversis proportionibus. Sint morae apogaeae 4.5.6, perigaeae 3.2.1.

Visiones perigaeae 12.10.9, apogaeae 9.4.1½.

Junctim ergo	15	6
	31	14½ Minimè.

Probatio sic procedit, ut apparens diameter in perigaeo ad apparentem in apogaeo, sic mora diametri in apogaeo ad moram ejus in perigaeo. Ergo ut proportio inter apparentem diametrum perigaeum et veram ad proportionem inter apogaeam et veram, sic proportio motuum ad proportionem.

Considerandum an uti possimus aequationibus simpliciter, an verò sit progrediendum ad differentias anomaliarum. Cum subtrahitur anomalia coaequata a sibi proxima integrorum graduum eccentri residuus est arcus gr: 1 cum differentia aequationum ejus loci. Aequatio vero nihil aliud est quam collectio omnium differentiarum aequationum usque ad eum locum, ergo etiam erit nihil aliud quam collectio omnium differentiarum arcuum anomaliae coaequatae correspondentium usque ad illum locum. Et videtur idem.'

XV, 405

Alia consideratio. Ex proportione diametrorum apparentium in quolibet loco habetur proportio motuum per quantitatem diametri. Summa vero diametrorum apparentium oppositarum est alia atque alia. Nam in apogaeo et perigaeo perinde est ac si duae cernerentur in differentia mediocri. At in locis alijs, si sint ex centro eccentrici opposi-

tae, minores cernerentur junctim, quia trianguli crura longiora sunt basi seu diametro eccentri. Sin oppositae sint ex centro visionis, junctim apparebunt majores, quia trianguli aequalia crura majora sunt basi per centrum visionis eunti. Res igitur eodem recidit.



ALIA CONSIDERATIO. Ut apparens diameter in distantia mediocri ad apparentem in apogaeo, sic mora in apogaeo ad moram in distantia mediocri. Et conversim ut diameter apogaei ad diametrum long: mediae (quae radio abest), sic motus hujus ad motum apogaei. Hinc videtur elici falsitas superiorum. Nam apogaea transcribebatur perigaeae, jam mediocris.

Virtus proportionatur cum diametro visibili, mora cum distantijs.

Pro compendio inveniendarum omnium distantiarum in una summa

Quia sunt diametri in conversâ proportione distantiarum: habitis ergo diametris habentur et distantiae omnes in unâ summâ. EBC est major quàm EAD, quia C continuata caderet infra D. Triangulorum vero eadem est altitudo et unus angulus rectus. Major igitur angulus super basi majori. Jam datur angulus FAE suis in arcu FE diametris et BEA aequalis est angulo EAD et DAF sunt 2 recti. Quid diu quaeris, quae omnes norunt.

Hoc age, quaere quantus appareat unus gradus eccentri, ubi triangulum est isosceles.

Diameter[1] eadem major apparet in longitudine media (quae radio abest) in eccentricitate minore, quam in majore. Nam diameter utrinque se extendit. Quando ergò utrinque aequaliter abest centro suo, quaere proportionem diametrorum scrupulosissimè. Nam haec ipsa est proportio virtutum, et totius morae, [2]quia dividitur utraque id est semicirculus[2].

Sit diameter 30′, subtensa $\frac{43632}{87264}$. Hi[3] (secus) in hoc negocio sunt nimis parvi. Nam quod quaeritur est $\frac{1}{80000}$ pars ambitus paulo plus uno minuto hujus numeri. Quo major verò arcus sumitur, hoc plus. Erratur. Adeoque si totus semicirculum comprehendimus, planè nihil elicimus. '



[1] *Randbemerkung* Nam quae ex centro visionis égreditur aequalis radio, obliquè in circumferentiam incidit. Rectius igitur in minore eccentricitate.

[2-2] *Hinzufügung*

[3] *am Rand kleine Rechnung* {...}

A 13

METHODUS CONSTRUENDI AEQUATIONES ET DISTANTIAS AD SINGULOS GRADUS ANOMALIAE ECCENTRI INTEGROS, PRO RATIONE ANNI EXPLORANDA.

XV, 406

Sit[1] anomalia eccentri 0.90.180.270. Ergo aequatio est nihil in 0.180. In 90.270 aequatio elicitur per totam eccentricitatem. Distantiae sunt in 90.270 radius, in 0 radius auctus tota eccentricitate, in 180 diminutus totâ eccentricitate.

Sit anomalia eccentri $\frac{359.\ 89.\ 179.\ 269.}{1.\ 91.\ 181.\ 271.}$ Ad radium adde et aufer eccentricitatem anguli 89, per hos divide eccentricitatem anguli 1. Habes aequationum ad 1.359 et 179.181 tangentes, quibus aequationum arcubus excerpe convenientes secantes. Hos secantes iterum in eccentricitatem anguli 89 multiplica et abjectis ultimis, quod relinquitur illic adde suo secanti, hic adime. Prodeunt distantiae illic gr. 1.359, hic gr. 179.181.

Vicissim ad radium adde et aufer eccentricitatem anguli 1, per hos divide eccentricitatem anguli 89 et abjectis ultimis restant tangentes aequationum ad 89.271 et 91.269. His aequationum arcubus excerpe convenientes secantes et hos iterum in eccentricitatem anguli 1 multiplica et abjectis ultimis, quod relinquitur illic adde, hic adime secanti, prodit distantia illic gr. 89.271, hic 91.269.

Aliter doceris in folio alio per aream trianguli, ubi notatum, quod si duplicetur angulus aequationis, planè insensibile peccemus in Sole. Vide nunc et in Mercurio. Et assume ejus aequationem eccentri gr: 10, eccentricitatem tang: gr. 10.1763268.

Ergo triangulum maximum	8 816 340 000 000
Porro area circuli ex ADRIANO, ejus pars 36ta	8 726 646 260 000
87 etc. dat 600 quid	89 693 740 000
	600
	53 816 244 000 000 Minuta 6′.

Sed hanc differentiam efficiunt gradus ultimi et circa 8 gradum vix erit dimidium.

Tang: gr. 8.	1 405 408			
Triangulum	7 027 040 000 000,	sector	gr: 10	8 726 646 260 000
	6 981 317 008 000		gr. 2	1 745 329 252 000
	457		gr. 8	6 981 317 008 000
	480	Minuta 3 paulò plus		
	36560			
	18280			
	219360			

In 6 tang: 1 051 042 triangulum	5 255 210 000 000	
sector	5 235 987 756 000	
	19222	
	5766600	Scrupulus unus paulo plus $1\frac{1}{10}$

[1] *Randbemerkung* Multiplicentur initio sinus omnes in eccentricitatem abjectis 5 ultimis vel 7: prout fueris operatus. Producti dicantur eccentricitas angulorum suorum.

Hinc alibi duo videnda, primò an anni quantitatis variatio per hoc compendium breviter inveniri possit, 2 quomodo eccentricitas invenienda, datis partibus aequationum, praecipuè oppositarum.[1]

XV, 406r De primo[1]. In schemate convenienti sit primo eccentricitas BC 180 000. BF 90 000. * Subtendit BDF $30'56\frac{2}{5}''$. Duplum $1°1'52\frac{4}{5}''$ sc: BDC. Et HBD $90°30'56\frac{1}{2}''$, BCD $89°29'3\frac{1}{2}''$. Ex B descendat perpendicularis in DC, quae erit sinus gr. $1°1'52\frac{4}{5}''$, sc: 179 992. Dimidium 89 996 in CD quae est totus, facit 899 960 000 000 triangulum BDC. Idem prodit, si BF 90 000 multiplices in FD 999 959 400 000

99 995 94

899 963 460 000

Jam in BEA sit BA 208 500, BG 104 250 subtendit

101 809	———	$0°35'50\frac{1}{3}''$	BEG	
4 250		$89.24.\ 9\frac{2}{3}$	EBG	sinus 9 999 457
2 441		$1°11'40\frac{2}{3}$	BEA	sinus 208 489,
14 646 0		dimidium 1 042 445 000 000 triangulum.		
2 409				
14 545	$50\frac{1}{3}$			
101 0				

Et cum HBD fuerit $90°30'56\frac{1}{2}''$

Et HBE $90.35.50\frac{1}{3}$

Erit DBE sector $4'54''$

Est verò sector $10'$ 145 444 104 333

$5'$ 72 722 052 167

$6''$ 1 454 441 045

Ergo sector $4'54''$ 71 267 611 122

Oportet jam quaerere duo triangula, BEC et BDA.

Est CBE $89.24.\ 9\frac{2}{3}$ Pro BEC et EC 10 000 000

$90.35.50\frac{1}{3}$ 180 000

$45.17.55\frac{1}{6}$ 9 820 000

Tang: 10 104 798 Complementum BEC $88°58'9''$ sinus

982 000 0 Ut BEC ad BC, sic EBC ad EC. 999 945 7

{...} 1 800

99 229 116 360 000 19 998 914 0

10 18 9 747 457 1 999 891 4

{...} 239: $44°16'\ 2''$ 17 999 022 600

218 45.17.55 Manet etiam EC

13 000 aequalis EG.

BCE 1. 1.53 Ergo triangulum

Planè ut supra BDC scilicet nihil variatur in tantulo interstitio. Sinus ergo etiamnum 180 000.

999 945 70

99 994 57

899 951 130 000

Triangulum BEC	899 951 130 000
Supra triang: BDC	899 963 460 000
Sed altera via	899 960 000 000
Differentia	12 330 000
Vel	10 000 000 fere

[1] *am Rand Rechnungen* {...}

Cum ergo et BDA sit ad sensum BEA, et DF sit ad sensum DA, erit multiplicandus 104 244½ in 9999594

	1042445000000	
	615467	
	416978	
BDA	1042402686733	Triang. BDA
Supra BEA	1042443392250	
Vel	1042445000000	
Differentia	40705517	
Vel	42313267 [1]	

Vides sinus non sufficere subtilitati negocij. Tractabo igitur aliter cum protheoremate. Dico triangula aequebasia esse ut altitudines. Super basi AB stet triangulum AGB altitudine GD, et item aliud AEB altitudine EF, dico ut GD ad EF sic esse triangula, agatur ex E in GD recta parallela AF et sit CE, ut CD sit aequalis EF. Et connectatur ED. Ergo aequealta AED, ACD, quare aequalia, sic et DEB, DCB. Aequealta vero et GAD, CAD et GBD, CBD, quare ut GD ad CD sic GAD, GBD ad CAD, CBD. Sed haec sunt aequalia EAD, EBD. Ergo ut GD ad CD, et sic EF, sic triangula. *XV, 407*



Jam in priori schemate triangulorum BDC, BEC altitudines DF, EG dantur, eaedem et triangulorum BDA, BEA. Cum ergo eadem sit proportio, ergo ut BDC majus ad BEC minus[a] et differentiam, ita BDA majus ad BEA minus et differentiam. Et ut BDC ad BDA, vel DC ad BA, sic differentia illorum ad differentiam horum. Major ergo differentia triangulorum in majori eccentricitate, quàm in minori. Differentia verò triangulorum est differentia inter motum mediocrem et hujus loci, quia ubi triangula aequalia, ibi motus in eccentrico aequalis. Magis ergò propinquus aequali motui est in minori eccentricitate. Ut DF ad differentiam DF, EG, sic BDC ad differentiam triangulorum. Habetur autem BDC in mensura sectoris DBE, ergo et differentia minoris eccentricitatis triangulorum. At cum haec habeatur ejusque proportio ad alteram, quare et altera habetur in hac dimensione, quare et excessus. Is excessus competit sectori, quid toti circulo.[1]

Triangulum BDC 899963460000	DF	9999594	
	EG	9999457	
	Differentia	137	
180000 dat 137, quid 208500 {...}	161½[b]	Differentia altera	
	137	Differentia prima	
	24½	Excessus	

[1] *Randbemerkung* Hinc compendium in quantitate triangulorum invenienda. Primum habeas maximum, dimidiâ eccentricitate in totum sinum ducta. Ut ergo totus ad hoc, sic omnes sinus anomaliae eccentri ad suae. Uno verbo. Sinum anomaliae eccentri multiplica in dimidiam eccentricitatem nihil abjecto. Vides hinc luculentius differentiam inter utramque aequationem. Nam hic sinus anomaliae coaequatae multiplicatur in totam eccentricitatem abjectis ultimis et cum residuo excerpitur arcus.
Porro triangulum divide per sectorem scrupuli unius.

[a] majus *Kepler*
[b] *richtig* 158½

Ut 9999594 ad $24\frac{1}{2}$, sic 899963460000 {...} 2204999

Sector gr. 1°	87266462	600	
Sector sc: 1′	1454441	$0433\frac{1}{3}$	
Sector 1″	24240	$6840\frac{1}{2}$	
Sector 1‴	404	0114	

Excessus est 2205000. Non est dimidium tertium

44 08
{...}
9719640000

Sector 1″ 2424068 40 | $40\frac{1}{24}$″
{...}

6. 0′		
4.54″	1	
49. 0	10	
1.38	20	
3.16	40	
6.32	80	
{...}	{...}	Sector est
365.52	4480	pars $\frac{1}{4408}$ circuli.
4.54	60	
360.58	4420	
49	10	
9	4410	

Efficiuntur ergo $\frac{40.2}{360^{\circ}}$ die restitutionis.
Et si 59′ 8″, facit horas 24°, quid 40″24‴20⁗′

2.28	1	2. 28
		7. 28
		32
		34. 20

16′14″′

XV, 409

41421	3782897088	3	19°11′39″	
91328	108672	4	22.30. 0	
{...}	{...}	8	3.18.11	Tota aeq:
3782897088		10		

Problema.
Pro demonstratione Ptolemaica in Lunâ per tres eclipses aliter formanda.



Sit AB vel BC vel DH vel HF vel EG 4336. Et DA 100000. ET DAC 45°. Cujus complementum GCA 135° Ut et HDA

39664		70714	19.59. 8	
95664		4336	21.37.18	
{...}		{...}	1.38.10	
3794516896		3066	1.45.24	
104336	3	1.45.24	3.23.34	Aequatio Ptolem. AGC. ′
{...}	6	45		
	3	43.14.36		
	6	21.37.18		
	8	39664		

Iterum pro comparatione aequationum *XV, 409ᵛ*

Eccentricitas 8672
100000
91328
41421
{...}
3782897088
108672 | 3
{...} | 4
| 8
| 1
| 0

19.11.38
22.30. 0
3.18.22
3.24.32
6.10

Anom. 45
22.30
41421
Eccentr.: 4336
95664

70711
4336
{...}
3066
1°45′24″
45
43. 14. 36
21. 37. 18
39636
95664
{...}
3791738304
104336 | 3
{...} | 6
| 3
| 3
| 6

19.58.10
21.37.18
1.39. 8
1.45.24
3.24.32

Tantum Ptolemaica verior superat simplicem, qua PTOLEMAEUS in ☽ usus est.

Pro physicâ. Anom. eccent: 43°14′36″
Anom: coaeq: 41.35.28
Diff: 1.39. 8
Duplum 3.18.16

Proximè aequat simplicem, sed nondum est physica. Et plus efficit in apogaeo.

Quod proxime conveniant physica et simplex, inde potes aestimare. Simplices aequationes eccentricitatibus proxime sunt proportionales. Dupla igitur eccentricitatis proxime dupla prosthaphaeresis. At physica proxime talis est, qualis dimidiae eccentricitatis dupla aequatio. Ergo. Illic differentia aliqua est in aequatione maxima, hic in nulla. Sed illa hac multo luculentior, quare circa gradum anomaliae 30° plane coincidunt. Causa differentiae est illic inaequalitas aliqua exigua arcuum et subtensarum, hic proportionalitas, quod non est idem medium arithmeticum et geometricum. Hic autem tria consideranda. Primò qua're in Marte invenerim tam magnam differentiam inter Ptolemaicum et Copernicanum modum[1], et inter simplicem et Ptolemaicum[2], ubi ex trinis et trinis Martis observationibus *ακρονυχίοις* elicui diversissimas eccentricitates et apogaea. Secundo quid moverit PTOLEMAEUM, tam laboriosè inquirere punctum aequantis, si id adeò insensibile quod efficit. Tertio an non toti arcus in physica ratione sint proportionales. Nam principium est proportionale, finis etiam. Etenim paucula secunda inveni, quibus pars aequationis physica superabat alteram. Ut aequatio eccentri 1°10′10″. Physica 1°10′20″. Ergo anomalia coaequata 88°49′50″. Eccentri 90°0′0″. Simplex 91°10′20″. Pone in regulam. *XV, 410*

[1] *folgt* fol *ohne Zahl*
[2] *folgt* fol *ohne Zahl*

1′28°49′50″ — 1′30° — quid 1.30

1.30
1.30
45
2.15

1.(28).49.50	2.15		
10	1.28.49.50	1	Vides verum non esse de integris
14.288.498.500	{…}	31	arcubus. Quamvis non admodum
48. 18. 20		11	multum erremus.

Sed forte sic. 1° dat 1.10.10 quid hoc

1.10.10
1.10.10
10.100.100
{…}

1.10.10
1.10.10
{…}
1.22. 3.21.40 nihil

Falsum et de partibus aequationum.

Sed hoc verissimum, proportionales esse partes minutiores. Demonstratio tamen seu methodus est quaerenda, nam nondum hanc habemus, quoad jubemur ire ad minima. Itaque cum haec proportionalitas continuo et circulari decremento tandem desinat in aequalitatem, omnino verisimile est, usurpandam planorum proportionem. Nam ex continuis infinitis radijs fit planum. Perpende sic. In anomalia et aequatione minima arcus triangulis planis subtensi sunt propemodum rectae. Sint ergo bases, radij triangulorum altitudo ut basium. Nam ut BC ad CA, sic CDB area rectilinea ad CDA, ubi DCF area insensibilis est. At ut BC ad AC, sic tempus DFC mediocre ad tardum. Ergo ut areae. Aequalia autem addita terminis constituunt proportionem minorem et magis aequant terminos. Planum ECB sit 5 000 000 000. Et sit BA 2041. Ergo planum EBA 102 050 000. Circulus verò ad gradatum est ut 11 ad 14. Hic enim praecisione non opus est, cum idem utrinque addatur. Interior autem est exterioris dimidium, ergo ut 7 ad 11, sic area CEB ad CDEB. Si 7 fit 5 000 000 000 quid 11 {…}.



	7 857 142 857	Ergo ut AEDC ad CGE, vel ut area semicirculi ad AEDC, sic 180 ad
Adde	102 050 000	tempus debitum DE. Ut quadrans ad 90. Ita quaereretur tandem valor
	7 959 192 857	EBA trianguli 102 050 000 1°10′9″.

90

9 184 500 000	
7 857 142 857	1°
{…}	10′
	9″

Res ipsa planissima est, quaeratur modo demonstratio. Methodus talis. Ad anomaliam coaequatam per integros gradus singulos ejus constituantur prosthaphaereses et anomalia eccentri per subtractionem, et distantiae. *XV, 410r*

Secundò constituatur area quadrantis in quadratis particulis, qualium radius est 100 000.

Tertio sinum aequationis multiplica in sinum complementi aequationis productum, nihil abjecto, divide in duas partes ad proportionem utriusque distantiae ex oppositis ex Sole, habes valorem utriusque trianguli in planitie.

Quarto triangula multiplica per 90 vel $\frac{1}{4}$ temporis et divide per valorem quadrantis, sic habebis partem aequationis physicae.

Porro idem est sive multiplices sinum in sinum complementi, sive multiplices in totum et versum, et hoc productum ab illo auferas.

Cum autem in anomalia eccentri 90 angulus tam praecisè metiatur suum triangulum, subijt animum, an non idem et alibi fiat. Primum falsum est metiri, quod sic probo. Centro E intervallo EB circulus scribatur, qui EA secabit intra A. Triangulum ergo majus est sectore. Major ergo pars aequationis physica, sed exiguo (posito motum proportionari triangulis). Sed utrumque triangulum junctum minus efficit de area, quam utraque prosthaphaeresis juncta: idque in omnibus locis. Vide, an haec ijs consentiant, quae jam inventa sunt. Longior mora fuit in diametro apsidum. Hic cum omnia bina triangula sint minora binis sectoribus, prope apogaeum et perigaeum tamen minor est differentia. At cum tantum addatur tempori, quantum est triangulum: Circa apogaeum parum addebatur, circa long. mediam multum additur. Videtur res in contrarium cadere: sed non est. Augmenta enim triangulorum apud apsidas sunt celeria, apud long: med. tarda. Multum itaque crescit mora in apogaeo. Itaque adhuc consentiunt ista. Sed hinc efficitur, non posse duplicari aequationes, uti putaveram. Ferè tamen duplicantur. Quantulum enim interest inter 183 250 sinum et 183 279 tangentem aequationis solaris 1°3′. Et tamen utrumque in totum multiplicatum recipit aequationis quantitatem in medium. Sit radius 10 000 000. Area igitur circuli erit ex

Adriano Romano	314 159 265 358 979	872 664 626 000 Sector 1°
	36	{...}
	{...}	Sector 1°3′ 916 297 857 300
		Triang. 916 395 000 000
		97 2

Hic vix in tertijs discrimen et tamen hic omnium maximum discrimen.

Cùm ergo ut quadrans ad triangulum sic restitutio ad aequationem physicam. Et verò, ut quadrans ad sectorem, sic ferè et ad triangulum, aequalis ergo aequatio physica sectori et sic aequationi propemodum.[1] *XV, 411*

1. 1. 5. 7[1]	89. 2.21.26	163.20. 3.42
1. 1. 5. 5	1. 0. 1.59	58.58.38
2. 2.10.12	90. 2.23.25	163.19. 2.20
1. 1. 5. 2	1. 0. 0.51	58.58.18
3. 3.15.14	91. 2.24.16	164.18. 0.38
1. 1. 4.57	0.59.59.42	58.57.59
{...}	92. 2.23.58	165.16.58.37
	{...}	58.57.42[1]

[1] *Tabelle in Hs. von Seiffart*

XV, 411v

166.15.56.19	1.1.5.7	30.32.34	1 gradus anomaliae eccentri dat 1.1.5.7 temporis,
58.57.24		29.27.37	qui 1.1.5.7 anomaliae eccentri respondens uni
167.14.53.43		1. 0. 0.11	gradui anomaliae coaequatae.
{...}		181.19.58.44	
180. 1. 3.16		180.19.58.33	
58.55.27		10	
180.59.58.43		180. 9.58.33	{...}
1. 0. 0.17			[1]primum et ultimum dimidium simul[1]
179.59.58.26			

1″34‴ [2]desunt ad semicirculum[2]

XV, 412 {...}[3]

XV, 412v

°	′	″	‴	⁗	⁗′
1	1	2	11	17	32 35
2	1	2	11	15	30 25
3	1	2	10	11	22 8
{...}					
90	1	0	1	51	0 51
91		59	57	42	0 36
{...}					
179		57	51	41	40 20
180		57	51	38	53 35
		57	51	36	55 45

[4]Multiplicati prior. Ex horum additione desunt duo gradus ad semicirculum[4].

[1–1] *Hs. Seiffart*
[2–2] *Hs. Seiffart*
[3] *nicht ausgeführte Tabelle*
[4–4] *Hs. Seiffart (quergeschrieben)*

NARRATIO DE OBSERVATIS QUATUOR IOVIS SATELLITIBUS

A 14 *Observatio Mediceorum per oculare Galilaei, quod misit ad Electorem Coloniensem.*

A 14

XV, 394

Observatio Mediceorum per oculare Galilaei, quod misit ad Electorem Coloniensem.

Die 30 Augusti mane Jovem sum contemplatus, praesente Benjamine Ursino. Quamvis igitur essent nubila visus sum tamen videre stellulam orientalem a Jove secundum eclipticae ductum. Id quod verisimilitudinem acquirit ab observatione sequenti.

Die 31 Augusti, vesperi Saturnum et Martem contemplati sumus. Sed Lunâ existente praesente, nullas in vicinià vidimus. At mane sequenti die⟨i⟩[a].

1 Septembris horâ post med: noctem una et duabus et amplius, Luna jam cadente, vidimus primo Plejadas numerosissimas.



Dein[1] Martem contemplati invenimus eum cum tribus Ceti (sine oculari Galilaei) talem formare figuram, ut rectus esset cum duabus sinistris angulus ad imam, cum duabus dextris angulus ad Martem paulo minor recto. At instrumento ipso detecta fuit circa Martem primum supra ipsum ad dextras stellula clara in linea versus quadrilaterum Pegasi. Distantia per Galilaeium major quam diameter Lunae per se, cum tamen simplici oculo diameter ☽ duplo major evadat quam simplici perspicillo.

Brevi aliae tres emicuerunt, duae ante una infra. Situs talis. Annuebant infra linea per anteriores, et linea per superiorem primum observatam et Martem. Et quia quadrilaterum trapezium efformabatur, ductis diametris, Mars erat supra eam qui per imam, infra eam qui per summam incedebat propior superioribus quam inferioribus. Anteriorum summa videbatur aequalia crura facere cum socia et Marte. Martis ab imâ distantia non poterat immoto capi instrumento, quippe excedebat. Successu aurorae non visa est ima, sed quinta emicuit paulo infra lineam anteriorum, longiuscule distans[1]

XV, 394v

Interea et Jovem surgentem sumus contemplati, cujus situs cum Medicaeis apparuit talis. Certus sum de tribus, de quarta obscurâ dubitavi, sed clarissimè visi sunt duo occidentales, usque in multam auroram, tunc planè duae non tres videbantur. Duplo plus distabat orientalis a Jove, quam occidentalissima ab eodem: et plus quam putabam ante biduum distitisse illam orientalem. Linea omnium recta, praesertim occidentalium. Cum haberet radios, species lineae erat quasi unius radij longiusculi nodosi aut me hercle capilli tribus ovis particularijs concreti. Mane etiam Mercurius clarissimè visus. Spectator adjutor et testis Benjamin Ursinus astronomiae studiosus.

Vespera ejusdem 1 Sept: oriens Mars situm eundem habuit inter duas per quas diameter pridie erat ducta, sc: inter summam anteriorum, et imam: vide an fuerint ⟨ima⟩ anteriorum et quae supra illum ad occasum clara quia progressus est nonnihil. Vide diem 4 Mars enim altior lineâ nec duplo distans ab occidentali, ejus, quo ab orientali, et erat occidentalis paulo elevatior, orien-



[1] *Text zur Figur, quergeschrieben* ad cornu ♈ simplex

[a] *Kepler* die

talis depressa. Reliquae diligenter quaesitae non apparuęrunt. Omnibus hisce diebus et paucis ante, post quadram scilicet clarissimus umbo fuit in corpore Lunae vergens sursum et quasi ¾ paralleli sui, in orientem. Is primo praecurrit terminum illuminationis justum, post conditus intra semper claritate emicuit diceres nivem in excelsissimis alpibus.

Die 4 Sept: mane apparuit Martem adhuc progressum versus consequentia. Primum simplici perspicillo linea a media trium Ceti per Martem cornua arietis separavit versus occidentem. Angulus uterque ad mediam recto minor, major tamen et recto propior illa qui versus occidentalem. Mars a media quasi dimidio ejus quod ab extremis. Dein instrumento ipso visae duae illae orientales quas Mars jam reliquerat ad occidentem, distans amplitudine instrumenti (quod notavi capere fere dimidiam Lunam) a superiori, minus ab inferiori quam illae a se invicem. Angulus ad inferiorem rectus, clarior inferior, at multo clarior illas quae 1 Sept: erat supra Martem. Hinc apparet Martem transisse a centro trapezij per anteriores. Est etiam inventa una obscurior omnibus in loco ubi Mars mane 1 Sept. steterat: ferè isoscele faciens cum orientalibus, longiora q... basis.

Jupiter per nubila cum duobus satellitibus visus claro occidentali minus claro orientali, dupla occidentalis distantia ad orientalis, linea recta et ardua, quasi plus [1] quam ecliptica. Occidentalis fere distabat ut 1 Sept: occidentalissima. Distantia erat parva pars instrumenti, forte quinta aut sexta. Non sufficienter quaerere potui reliquos, ob creberrima nubila. Apparuerint an non, haud constat. *XV, 395*

Die 5 Sept: mane unus clarus satelles Jovis ad orientem tertia parte instrumenti nulli praeterea coelo clarissimo sed jam multum albicanti. Testis et spectator Thomas Segethus. Macula supra pecudis caput vel tergum, in devexa Lunae vergens pulcherrimo spectaculo visa. Ferruginei coloris, limpidissimo limbo pene circumdata, qui tamen ultra circulum illuminationis utrinque in umbram procurrens deficiebat et reducta habe(ns) brachia, quinta Probolarum quibus Anconae et alibi portus effigiantur in fine acuto flexu introrsum. Expressisima lacus effigies inter littora. Mare Caspium dixeris. Occidente Luna vergebat penè deorsum. Erat versus corpus Lunae in ipso lacum lucidior areola isthmo conjuncta littoribus lucidissimis. Sic tria distincta erant lumina summum littorum, mediocre areola, quasi planae insulae, ferrugineum reliqui lacus seu maculae usque ad marginem illuminationis, qui curvo ductu ex amussim[1], per maculam seu lacum transibat, idque notabili discrimine interius intra procursum brachiorum seu littorum lucidissimorum.

Vesperi hora nona cum esset orta Luna, lumen lacum deseruerat omnem, littora conspiciebantur flexu circulari pulcherrimo, quasi exsecta esset Luna aut excavata. Insula adhuc illuminabatur sola intra cavitatem illam littorum, isthmus apparuit clarissime, erat species veluti Peloponnesi aut potius Tauricae Chersonnesi in Ponto, lata tamen fronte et lacui recte objecta, triplo quasi latiore, quam erat latitudo planitiei. Sinus umbrosi inter lucidissima littora et peninsulae promontoria utrinque erant evidentissimi. Mirum autem in peninsula qua isthmo iungitur littoribus, punctum erat lucidissimum, e regione in littoribus veluti in continente punctum erat umbrosum indicium forte vallis per quam materia in lacum egesta peninsulam effecit, ut de Aegypto philosophatur Herodotus.

Luna superiori parte sectionis glaciatis vitij specie plus quam inferiori. Umbo ille nivosus semper adhuc conspicuus: vix ergo nix esse potuit, quia sane octo continuos dies in lumine Solis. Fuerit ergo rupes ingens et calva colore albo, ut est Alpium Grajarum. Vespere eodem Saturnum aspexi, nihil stellarum pone in tanta propinquitate.

[1] *richtig* ad amussim

Die 6 Septembris mane hora secunda post mediam noctem Jovem spectavimus Thomas Segethus et Ego; quae quilibet vidit tacitus pinxit in tabula, quem ' morem etiam *XV, 395v* supra nos tenuisse sciendum. Post contulimus picturas consensus detegendi causa.

Ergò post secundam vidi orientales duos invicem proximos, Jupiter quasi duplo aberat a propiori, linea duorum supra Jovem transibat quadamtenus septentrionalior, clarissima utraque, magis tamen orientalior: distantia orientalis a Jove, quasi quarta pars instrumenti. Cum perpenderem instrumentum angustam coeli partem amplecti, incideretque si forte superioribus diebus remotiorem aliquam praeteriverim aut non satis diligenter quaesiverim, ampliata instrumenti fenestra (quae tamen paulò admodum plus dimidia diametro Lunae capiebat) lustravi occidentalem et orientalem Jovis plagam. Ergo per auram praesente Luna albicantem valde visus tamen sum Ego sed debilissimo lumine videre minimam aliquam in occidente secundum ductum eclipticae, amplitudine paulo minore, a Jove, quam instrumentum capiebat.



Vicissim hora tertia et post Segethus visus est sub ipsis Jovis radijs versus occidentem videre punctum lucidissimum, quod hora secunda non viderat. Haec quilibet pro se, ignaro altero nec ad eadem quaerenda advocato.

Die 7 Septembris mane hora 4. Jupiter est visus cum duobus satellitibus, uno parvo et claro ad orientem sub ipsis radijs Jovis, altero quasi tertia parte instrumenti ampliati versus occasum. Testis Ursinus. Horâ quinta non amplius vidi orientalem, vidit tamen et agnovit Dn: Tengnaglius, sed vicissim non vidit occidentalem. Erat Luna praesens. Mars stabat supra Lunam ferè duabus Lunae semidiametris, nondum in linea sectionis.



Die 9 Septembris hora 2 et 3 vidimus tres, duos occidentales, clarissimam quae Jovi propiorminus distantes, quam clarissima a Jove. Minus dimidio instrumenti distabat extima a Jove. Orientalis una sub radijs Jovis clara, dimidio a Jove ejus quod inter se distabant occidentales. Segethus omnes tres vidit et eodem modo disposuit. D. Scultetus Fiscalis agnovit clarissimum occidentalium. '



EPITOME ASTRONOMIAE COPERNICANAE

A 15 *Consideratio obliquitatis eclipticae, aequinoctiorum et solstitiorum*

A 15

Consideratio obliquitatis eclipticae, aequinoctiorum et solstitiorum

XVIII, 131 (17)

Consideratio antiquarum Solis observationum.

Primum, obliquitatem eclipticae olim fuisse majorem. Refert enim Ptolemaeus, Eratosthenem, cujus magna in his rebus diligentia fuit, prodidisse proportionem ejus duplicatae ad totum circulum, quae est 11 ad 83. Cujus divisionis occasio nobis vice argumenti est. Accepta enim circino intercapedine tropicorum, exploravit, quoties ea contineretur in toto circulo. Si fuisset 45°, contenta fuisset octies. Jam octavum spacium transivit primum punctum, idque continuè, donec undecies peragraretur circulus et octogesimum quartum punctum cum primo coincideret. At nisi major declinatio fuisset, quam est hodie, puncta citius coincidissent. Pone namque hodiernam declinationem et accumula eam aliquousque.

Spacia circuli					Variae obliquitates	
47. 3	1		{...}		1. 8 gr: 22.30	
94. 6	2				5. 38 g. 23.41. $3\frac{1}{2}$	
141. 9	3		Proba		2. 15 g. 24. 0. 0	
188.12	4				3. 23 g. 23.28.42	
235.15	5		360		8. 61 g. 23. 3	
282.18	6		360			
329.21	7		3960 |		1. 8 g. 22.30. 0	
16.24	8	1	84	$47\frac{12}{84}$ | $\frac{1}{7}$	2. 15 g. 24. 0. 0	
			{...} |		3. 23 g. 23.28.42	
{...}					4. 38 g. 23.41. $3\frac{1}{2}$	
			At Eratosthenis		8. 61 g. 23.36.$23\frac{1}{2}$	Forte igitur Eratosthenes
258. 6	82				11. 84 g. 23.34.17	distantiam tropicorum ad
305. 9	83				14.107 g. 23.33.50	circulum dixit esse ut 11
352.12	84	11	83 − 360 − 11		17.130 g. 23.32.$18\frac{1}{2}$	ad 84.[1]
			360		20.153 g. 23.31.46	
			3960 |		23.176 g. 23.31.22	
			83		26.199 g. 23.31 $3\frac{1}{4}$	
			{...} |	$47\frac{59}{83}$	29.222 g. 23.30.$48\frac{1}{2}$	
					32.245 23.30.37	

XVIII, 131v Ex his manifestum est majorem fuisse distantiam tropicorum quam 47°3′. Nam si haec fuisset, potuisset Eratosthenes quiescere in secunda pervagatione circuli. Nam proportio est proximè, quae 3 ad 23. Nam hujus arcus dimidium est 23°30′, minus $\frac{1}{46}$ gradus, sive 1.20, sc: 23°28′40″ circiter. Aut potius prodidisset proportionem, ut 8 ad 61.

Ut 23 − 360.3
3
1080 \|
23 \| 47 Minus $\frac{1}{23}$
{...} \|

Certum itaque est Eratosthenem non numerorum necessitate, sed voluntate supra 23°36′22″ evectum.

Ut 61 − 360 − 8
2880 \|

61 | $47\frac{13}{61}$ 47.12.45
{...} | 23.36.22

Denique si hunc ipsum numerum 11 arripiamus, potuisset ei 84 adjungere.

Ut 84 360 — 11 Prodit $47\frac{1}{7}$ 47. 8
360 23.34
3960

Atque hoc unum argumentum est: cui hoc alterum accedit, quod PTOLEMAEUS diversa observationis viâ invenit medium inter 47°40′ et 47°45′. Adde quod differentia, quae intercedit inter declinationes utriusque aevi, de partibus 3600 circuli tres occupat eoque amplius. Vide an non mensi sint a septentrionali Solis aestivi ora in australem Solis hyberni.

Confirmat mutationem eclipticae, aut falsitatem declinationis antiquae, utrum velis. Primò alia hodie latitudo stellarum fixarum. 2. Latitudo Lunae in □ septentrionalis in ♋, hodie 19′ major. 3. Latitudo Martis septentrionalis maxima, hodie per 14′ major quam PTOLEMAEUS prodidit. Est autem is limes inter fines ♋ et ♌: itaque rectè est quod non est differentia 19′.

Adde quod diligenter observarunt solstitia ut HIPPARCHUS affirmet, se ultra $\frac{1}{4}$ diei non aberrasse. Qui potuisset igitur fieri, ut non animadvertissent vitium declinationis.

Si umbras mensi sunt aestivas et hibernas, tunc sane mensi sunt summae Solis orae altitudines, ita aequator evasit justo major, tempus hibernum justo longius, contra quam optamus. Sed non cadit in PTOLEMAEUM haec suspicio.[1]

Consideratio aequinoctiorum HIPPARCHI.

XVIII, 132 (19)

Primum nota, quod HIPPARCHI observationes sint armillares, quare obnoxiae refractionibus, quod confirmat et hoc, quod pleraque ejus aequinoctia mane vel vesperi fuisse prodantur. Suspicio magna est, armillas repraesentasse Solem altiorem. Sequitur cata-
* logus observationum HIPPARCHI.

In periodo CALIPPI

17.30 Autumnalia m. esori in occasu Vernalia
18
19
20 1 Intercal: mane horâ sexta
{...}
32 3. Interc: in med: noct. 27 Mechir. mane
Ex quisitis: Hoc utitur PTOLEM.
33 4. Interc: in mane
{...}
54

Anno 32. Vernale aequinoctium et *in mane*, quod Arabs interpretatur in principio diei, et horâ 5 diei, unde PTOLEMAEUS colligit, 5 horarum discrimen esse hujus observationis. Et Arabs sic loquitur, quasi per 5 horas observatio durasset, aut quasi intra tantum spacium discerni nequisset, essetne aequinoctium necne. Vide ergo, an non HIPPARCHUS totum id, quod est inter ortum et meridiem, appellet mane.

Adde superioribus 3. Quod HIPPARCHUS plerumque tantum quartas diei notat. 4. Quod, suas et ARISTARCHI observationes circa quartam diei incertas facit in solstitijs. 5. Quod PTOLEMAEUS etiam aequinoctijs tantam deviationem imputat propter eum errorem qui in instrumenti situ vel divisione $\frac{1}{3600}$ esse potuerit. 6. Armillas arguit, quod bis

eodem die fuerint illuminatae. Suspiciatus sum, refractiones in causa esse. Sed PTOLEMAEUS addit, *Maximè majores et vetustiores*, vere igitur instrumentum in eâ. [1] *

XVIII, 132ᵛ 7. PTOLEMAEUS observationibus diffidit, etiam cum sunt diligentissimae. L: 2. c: 3. 8. Ibidem se potius excusat, quod anni quantitatem certam non prodat, quam ut eam certam esse contendat. Et nota, 9. Exactam anni quantitatem alijs relinquit quaerenda(m) de prodita a se cessurus libenter 10. De METONIS[a], EUCTEMONISque solstitijs ipse et HIPPARCHUS dubitant, non exquisita esse: In universum difficilia captu ait. Nota ergo quid tribuendum sit superstructae ab ipsis theoriae Solis.

Cum HIPPARCHUS in autumnalibus aequinoctijs adeo variet, estne credibile, nihil planè invenisse PTOLEMAEUM, quod ab Hipparchicis numeris differret? An HIPPARCHUS fortunâ duce caecus scopum attigit? An magis credamus, PTOLEMAEUM fidis observationibus HIPPARCHO blanditum. Scilicet, aliquid Pythagoricae philosophiae latet (in) mysticis[1] illis numeris 94°30′, 92°30′, 178°15′. Adde, quod neque tam praecisè annus hunc horarum numerum implet.

Haec quidem contra eccentricitatem Solis dici possunt. Cum enim refractio plus justo attollat sidera, apparent illa citius ad medium circulum ascendere. Ita hyems minuitur, quod postea particularius in ipsis PTOLEMAEI et HIPPARCHI observationibus considerabitur.

At ista omnia non valent, ut anni quantitatem non veram eo tempore deprehensam dicamus. Nam da ut observarint Solem in meridie, et altitudo instrumenti non responderit mundo: certè nihil variabitur autumnalis aequinoctij ab autumnali distantia, utrinque enim aequaliter tardius Sol eo veniet. Solum vernalis ab autumnali alia fit distantia. Annus igitur alius ab autumno, alius a vere. At forsitan instrumentum ab ortu altius, ab occasu humilius fuit? Valeret quidem haec suspicio, si autumnalia aequinoctia tantum in occasu, vernalia in ortu fuissent observata. At utraque utrinque et in meridie, nec semel observata sunt. [1]

XVIII, 133 (21)

92.30	A solstitio in autumnum	} secundum HIPPARCHUM et PTOLEMAEUM
94.30	A vere in solstitium	
178.15	Hyems ex observatis PTOLEMAEI	
365.15		
187. 0	Aestas ex observatis PTOLEMAEI	
186.18.30	Aestas ex observatis TYCHONIS	
5.30	Differentia. Respondet motus diurnus 14′ circiter.	
	Dimidium 7′, cujus arcus declinatio 2′48″.	*

Si ergò concedi potest, declinationes Solis observatas a PTOLEMAEO tantulo arcu vitiosas (ut si armillae propenderint in meridiem, ita ut Sol citius ad illas venerit, quàm ad aequatorem) credi potest eadem fuisse tunc longitudo aestatis et hyemis. Aut si altitudo aequatoris fuit assumpta eaque vitiosa, ut si major justo altitudo poli, minorem justo fecit altitudinem aequatoris.

Alt. aeq: 59

$23.51\frac{1}{3}$

$82.51\frac{1}{3}$ — Par. 21″

$35.\ 8\frac{2}{3}$ — Par. 2.27

82.51.20	35. 8.40
20	2.27
82.51.40	35.11. 7

[1] *am Rand* 378 370 713

[a] METONIS *Kepler*

	35.11. 7	
	47.40.33	Hoc pacto quidem a. p. per $1\frac{2}{5}'$ evadit minor
Verior de-		et aequatoris major, ita tardius ab infra
clinatio	23.50.16	veniret ad verum Sol, quam ad putativum. Benè.
	59. 1.23	

His ita positis, cum alterum PTOLEMAEI aequinoctium sit observatum mane, fit sanè declinatio tum, cum videbatur nulla, major et septentrionalis ob parallaxin: at refractio rem multo evidentius ducit in contrarium. Nam observatio est post Solis ortum, itaque locus altior justo. Jam tum igitur Sol erat in septentrione. Aequinoctium verum praecessit horis aliquot. Altera observatio post meridiem facta minus habet erroris. Putetur enim Sol post m: habuisse altitudinem[a] 59° et habuerit re verâ 1′30″ majorem propter tantam hujus altitudinis parallaxin: dico incidisse in verum aequatorem proximè, quia is itidem per 1. 23 altior est opinione PTOLEMAEI. Cùm ergo autumnalis observatio sit prior, harum horarum anticipatio accedit summae, ita hyems fit longior. Aestas igitur brevior. Hac evidentissima demonstratione evincitur, ⟨etiamsi⟩ armillae fuerint exquisitissimè locatae et aptae ad solstitialem poli altitudinem, necessarium nihilominus accidisse errorem aliquot horarum. Mutatur nihilominus hyemis quantitas propter apogaei prog⟨ressum⟩ debetque minor esse hodie (eccentricitate manente), quia apogaeum solstitio proximè est: at quando in aequinoctio fuit, aequab⟨it⟩ ' hyems aestati. Hinc[1] data *XVIII, 133ᵛ*
eccentricitate et longitudine hyemis, facile reperitur apogaeum. Datâ enim eccentricitate datur tabula aequationum. Nota, quod circa illa tempora semper utrumque aequinoctium aut infra Terram, aut post ortum et meridiem. Nam annis 6 per unam horam discedit. Annis 11 per 2 horas, annis 17 demum per 3 horas, ita ut vernale h: 3. p: m: autumnale h: 3 ante (secundum PTOLEMAEUM) verè in ipso ortu, ubi nihilominus propter refractionem jam transisse videbitur. Imò ponamus aequinoctium h: 4. post meridiem verè. Ortu priore ☉ per 26 sc: abfuit ab ♈, declinatio 11 m. Eo ortu propter refractionem declinatio tantundem potuit imminui et sic mane et p. m: eodem die bis aequinoctium apparere, quod e⟨tiam⟩ testatur PTOLEMAEUS idque tribuit vitio instrumentorum.

Sit eccentricitas 3600 et apogaeum in 5.30 ♊. Supersunt ad aequinoctium 3ˢ24°30′. Prosth. 1°52′30″. Ad alterum 9.24.30.

Prosth. 1°51′45″. Utraque 3°44′15″

	2.57.24	Respondent dies 3 h.19. 4	
182.14.54	46.51	Dim: annus 182. 14.54	
178. 6	29.34	178. 19.50	Debita
4. 8.54	17.17	178. 6	Ptolem.
2. 4.27	14.27	13.50	
Tanta est apud PTOL:	2.50		
	2.30	Respondet 33	
in an: 62	20	Declinatio 13	



Utere Ptolemaicis aequinoctijs ijs, quae in meridie sunt observata, nam effugiunt refractionem, parallaxis se mutuo tollit. Restat vitium instrumenti, quod magnum esse non potuit, alias plurimum variasset ingressus.[2]

[1] *am Rand* Problema

[2] *zu Fig. 2 (nicht Kepler)* ut AE – ABE – AB, fit AEB
100 000 – 179° – 1800

[a] declinationem *Kepler*



XVIII, 134 (25)

Observationes aequinoctiorum et solstitiorum.

Ex antiqua traditione tempore Hipparchi et Eudoxi, quod solstitia et aequinoctia conficiantur in octavis partibus signorum, suspicio est de Hercule, Olympiadum institutore, quod aequinoctium observarit et de quadrante scierit. Nam eo tempore annis 1260 ante Christum primus Thot habuit solstitium, si *Prutenicas* consulas. Id ergò initium annorum aequabilium Aegyptiacorum. Meton et Euctemon prodidere solstitia, a quibus ad Hipparchum et Ptolemaeum quadranti defuit $\frac{1}{300}$ diei. Archimedes solstitia observavit, colligitur ejus observatio ex Hipparcho per 145 annos retro computando. Hipparchus primus est, qui diligenter aequinoctia et solstitia notaret. Caeterum ea non conveniunt invicem, nisi 5°30′ annum statuas, quod est impossibile.

Sosigenes Hipparchum secutus videtur sine observatione. Ergo a Metone ad Ptolemaeum longissimus annus et ab Hercule ad Metonem brevis. Ptolemaeus cardines omnes diligenter observavit anno post Christum 140. Annus 5°55′ Post hunc Albategnius annis 744. deest $\frac{1}{106}$
Annus 5.46.[1]

Albategnius	$\frac{1}{110}$	Paulò ante Albategnium
Quidam		fuit brevissimus.[2]
Elzuphi	$\frac{1}{131}$	
Arzakel 1079		
Persae Gelalaei	$\frac{1}{130}$	
Alphonsini	$\frac{1}{134}$	Suspectae observationes
Petrus de Aliaco.		Aliquid colligitur[3]
Syndel Bohemus.		Vix hinc quicquam colliges
Novibergenses Regiomontanus et Waltherus	deest $\frac{1}{128}$	
Copernicus		
Tycho Brahe		

Certè per hos 600 annos propemodum aequabiliter fuit annus circiter $\frac{1}{300}$. An igitur haec periodus est multo tardior, ut circiter 6000 annorum. Ut Caesari longissimus. Anno Christi 1300 mediocris. Ergo et ante Herculem mediocris. Minimè. Nam ubi

[1] *Randbemerkung* Hercules, Hipparchus, Ptolemaeus, Albategnius, Gelali, Elzuphi, Arzakel, Regiom: Tycho. *Vertikal geschrieben.*

[2] *Randbemerkung* Procli Diadochi hypotheseon astronomicarum Graecum exemplar lege. Nam quaestione octava et in propositione et in tractatione invenies annum tropicum, jam hunc brevem. An ex Theonis desiderato commentario scribat, quem allegat et Alpetragius.

[3] *Randbemerkung* Quasi circa Alphonsina tempora alterum fuerit fastigium $\frac{1}{134}$ non ita altum ut prius tempore Christi $\frac{1}{300}$.

maneret ALBATEGNIUS? Vides coa(c)tum COPERNICUM non observationibus sed hypothesi, ut hodie iterum 55′ faceret.[1]

Nota[1]. PETRUS DE ALIACO notat anno 1290. 13 Martij h: 0.30 p: m: aequinoctium. *XVIII, 134ᵛ* Ergo 1289. 13 M. h. $6\frac{1}{2}$ p. m.[2]

Persae anno 1079. 14 Mart: h. 2. m. 9 p: m: vel in Aliaci horizonte h. circiter 0.30.

Anno 1078. Erant anni Juliani 212, aequinoctium hora circiter 7 ante meridiem. His ergo 212 annis horae tantum 18 interciderunt. Et annis 283 circiter dies. Iterum tardissimus annus. Ergo a Christo ad annum 1200 confecta periodus integra. Periodus est 1200 annorum.

Confirmat, quod circa 1000 ELZUPHI et ARZAKEL invenerunt defectum $\frac{1}{131}$, Persae eodem tempore $\frac{1}{130}$ fere. Hodie vero iterum $\frac{1}{128}$ a TYCHONE et REGIOMONTANO. Item statim post PTOLEMAEUM fuit annus brevissimus. Item ab anno ante Christum 1200 ad 400 ante eundem, sc: ad EUDOXUM, per annos 800 circiter 7 dies interciderunt.

Aequinoctium Noribergae 1488. 10 Martij h. 15.40.

Sed anno	1288. 12 Martij h. 12.40		
	1488. 10 Mar:	h. 15.40	
	200 1	21.	

Si 15 dat 200, quid 1. Resp: 14 fere. Ergo in 107 annis dies unus, haec nonnihil discrepant.

Pone Persarum anno	1076. 13 Martij h: 7 p: m:		
	1488. 10 Mar.	h: 15.40	
Circiter annis	412 2	15.20 annus proxime medius.	
	160 dies.		

* Nota HESIODUS 2 lib: *Operum et dierum.*

Εὖτ' ἂν δ' ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ὄμβρια, δὴ ῥα τότ' ἀστὴρ
Ἀρκτοῦρος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο
πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκρονύχιος.

Floruit annis 800 ante Christum.

* FIRMICUS ait[3] in posterioribus librae partibus Terram esse compositam, sint 6 ultimae partes, Martis fines, secundum 6 dies creationis. Ergo promotio per 24 partes. Id sic intelligamus. Prima dies mundi habuit ☉ in 1 ♎. Anno Juliano pro anno vero tropico habito, temporibus EUDOXI et CALIPPI ea prima dies recurrens habeat Solem in 25 ♎, sed inspiciendus est, FIRMICUS ipse an non sit 30 ♎[4]. Ergo si annis 3800, 24 vel 29. Ergo annis 160 vel 130 dies unus. Statuimus quando sunt constructa parapegmata Graecorum ex fastis Aegyptiorum et Chaldaeorum, tunc hoc sic apud Chaldaeos fuisse annotatum.[1]

[1] *Randbemerkung* JOANNES DE S. BUSTO in computo anno 1152. XVII Cal: Jan: Bruma. Ergo aeq: 15 Martij.

[2] *Randbemerkung* Anno 1273. 13 Martij h: 8 p: m: aequinoctium ut est in *libro Bacchacij Pergameneo.*
1273. 13 M. h. 8
Consentiunt haec sanè pulcherrimè. 1289. 13M. h. $6\frac{1}{2}$

[3] *Randbemerkung* ut barbarica, inquit, ratio confirmat.

[4] *Randbemerkung* Sane FIRMICUS loquitur non nisi de 2 ultimis gradibus ♎.

XVIII, 135 (27)

Observationes aequinoctiorum et solstitiorum.

Aequinoctia observavit	Solstitia	
		Tentandum in inquisitione aequalitatis anni, an idem prodeat sive solstitia sive aequinoctia Ptolemaica cum nostris conferantur.
	Meton	
	Euctemon	
	Aristarchus	
Hipparchus	Hipparchus	
Sosigenes	Sosigenes	
Ptolemaeus	Ptolemaeus	
Anatolius 200 XII Cal. Ap.		
Proterius 280 XI Cal. Ap.		
Albategnius		
Alphonsini		
Joannes de S. Busto 1152		
Quidam de tab: Arz. et Garl. 1273	Isacius Argyrus 1273. Solst. 6 diebus aequin. ante viget plus.	
Petrus de Aliaco 1290		
13 Mart: h. 0.30 p: m.	Annis 198 d. 1 h. 9	
Persae 1079	33	
Syndel Bohemus 1416	60	
Waltherus, Wernerus, Regiomontanus 1488. 10 Mar: h. 15.40	1980 | 198 | 10	
Copernicus	Annus 5.50	
P. Vitalus, Slutherus		
Tycho Brahe	Annus 5.48.45	

Sosigenes seu Julius Caesar accommodavit haec puncta his diebus: Vernale 24. 25. Martij. Solstitium 24. 25. 26 Junij. Autumnale 24.25.26 Sept: Brumam 24 Dec: Sex primi menses anni communis habent dies 181. Bissexti 182. Residui sex habent 184. Sed a 24 Dec: in 24 Junij sunt 182 et 183. A 24 Dec: in 25 Junij sunt 183. 184 et in 26 sunt 184. 185. Junius, Julius, Aug: Sept: Oct: November (menses semicirculi descendentis) habent dies 183. Reliqui habent 182 et 183. Haec fortasse causa est anni sic dispositi. Martius, Aprilis, Majus habent 92, Junius, Julius, Augustus 92, September, October, November 91. December, Januarius, Februarius 90 et 91. Haec omnia conspirant cum aequinoctijs. A 24 Decembris in 24 Martij bissexti vel 25 communis sunt 91. At si hoc aliquid valeret, oporteret inter Sept: et Dec: esse locum bissexti, quia 24 Dec: certus est, hoc est unicus.'

XVIII, 135v Plinius et Columella aiunt, solstitia confici in octavis partibus signorum, Hipparchum vero emendare veteres et affirmare, quod conficiantur in primis partibus signorum; se vero sequi Eudoxum et veteres, nam agricolas assuetos vetustae rationi. Alibi Columella sic: 16 Cal. Jan. Sol in ♑ transitum facit, brumale solstitium, ut Hipparcho placet. Paulo post: 9 Cal. Jan. brumale solstitium, sicut Chaldaei observarunt.

Haec ego concilians hunc sensum concipio. Graecis et Italis, quantacunque fastorum anomaliâ sint usi, existimo notam fuisse anni periodum, quod sc: anni 4 habeant dies 1461, fortasse ex vetustissima Chaldaeorum, observatione anni cynici. Puto enim, non potuisse institui rusticas operas, nisi agricolae alium quam veterem Romanum annum habuerint. Confirmat me, quod apud Diogenem Laertium *de vita philosophorum* invenio solstitiorum observationem antiquissimam, modulum anni dierum 365, antiquissi-

mum etiam inter Graecos. Habuerint agricolae EUDOXI fastos, qui assignaverit, quo die in certa aliqua anni forma ad multos annos futuros conficiatur periodus. Deduxerit EUDOXUS hanc rationem non a suis observatis, sed a vetustissimis Chaldaeis aut ab initio Qlympiadum: quod quidem a Chaldaeis IPHITUS aut METON aut alius aliquis acceptum in Graeciam traduxerit. Porrò claruit EUDOXUS Olympiade 100, annis 400 post initium NABONASSARI, quod nondum sufficit nostro negocio. Ergo quingentis annis antea: ante Christum annis 1260, anno mundi 2708 BUNTINGUS notat solstitium incidere in primum Thoth, ex oriente Canicula. Esto ergo haec EUDOXI vetustissima traditio, cujus procul dubio et ALBATEGNIUS meminit, de vetustissimis Chaldaeis loquens. Floruere tunc regna Graeciae Sicyoniorum, Argivorum, Mycenarum, Atheniensium et Troianorum quorum historiae ad posteriores Graecos et EUDOXUM derivatae sunt; cumque pax esset, ut ante bellum Troianum, credi potest commercia viguisse inter Graecos et Phoenices, Caldaicarum rationum peritos, ipsa navigandi necessitate. Regnavit etiam eo[1] tempore Argis HERCULES, primus Olympiadum institutor. Demus ergo HERCULI cognitum diem solstitij, si minus de aequinoctijs concedimus. Omnino sub excidium Troiae, quod 80 annis secutum est, aut nota fuere solstitia, aut splendide fabulantur authores, diem mensis Graeci nominantes et solstitia determinantes.[1] Ab eo tempore ad EUDOXUM minuerentur anni Juliani pleni seu Olympiades et concipiatur dies, quo die semper sit solstitium. Dies ille hoc nomen habeat, quia eo die antiquitus celebratum fuerit solstitium. Non sit autem verum solstitium, sed hoc praecesserit per dies 7. Tempus est annorum circiter 900. Ergò scripserit EUDOXUS solstitium, aequinoctium, die antiquo, addiderit verò, Solem eo die, quae denominatur solstitium, jam esse in octavâ parte signi. HIPPARCHI verò sit haec emendatio, quod cupierit tollere catachresin nominis solstitium docueritque loqui correctè, solstitium verum non in octava signi parte confici, sed ante dies octo, in prima parte signi. Non potuerunt vero capere HIPPARCHUM agricolae, quia assueverant antiquae traditioni, ut hodie festis immobilibus antiqui Calendarij. His sic positis, omnia verba COLUMELLAE et PLINIJ consentiunt. *XVIII, 136 (29)*

REINHOLDUS imaginatur nescio quid de fixis stellis, quod non aequè Graecis convenit ac Egyptijs. Graeci non ex antiquissima traditione docti fuere, ut Chaldaei, sed ingenji solertia et suis observationibus. At solstitia in sensus incurrunt: Minimè verò sic exortus stellarum, nisi quis admoneatur.

Jam quia primus Julianus bisextus fuit, sit aequinoctium a SOSIGENE statutum in 24 Martij, alijs annis in 25 Martij. Fuit annus 45 ante Christum. HIPPARCHUS verò anno 146 ante Christum observavit idem 24 Martij matutino tempore. Fuit communis. A 24. Martij anni 146 ad 24 Martij 145 sunt dies 366. Postea 100 Juliani anni itaque 101 Juliani et dies. HIPPARCHUS in mane observait, SOSIGENES, cum contulerit in 24. 25 Martij, citius id non potuit, quam etiam in mane, ut primo post bissextum esset in meridie, altero in occasu, tertio in media nocte post 24tum et quarto iterum in mane diei 24. Imò hoc pacto non assequetur diem 25tum. Statuerit ergo in meridie. At sic habebit ab aequinoctio ad aequinoctium integros Julianos 101, diem 1 et quadrantem, abundamus die integro. Aequinoctium HIPPARCHI[1] fuit die 27 Mechir. Adde annos 101, hoc est dies intercalares $25\frac{1}{4}$, erunt $22\frac{1}{4}$ residui, qui computantur pro die 22 Phamenoth in meridie, *XVIII, 136v*

[1] *auf einem Zettel* Nota ex JOANNE DE SACRO BOSCO, veteres 15 Cal. Jan. ponunt ingressum ☉ in signa, VIII Cal. (in nat: domini) ponunt solst: menstruum. Ita 15 Cal. Jul. ☉ in 0 ♋. VIII Cal. Solst: in nat. JOANNIS. Ita 15 Cal. Ap. ☉ in ♈, VIII Cal. annuncionis aequinoctium. Et 15 Cal. Oct. ☉ in 0 ♎, VIII Cal. Oct. aequinoctium in die conceptionis JOANNIS BAPTISTAE.

Videtur autem SACROBOSCO, quod solstitia fuerint in diebus sextis ante natalia, vide ejus rationem. Ait, *solstitium in die 10 ante nativitate*; die nativitatis computato antecedere, sc. XVII Cal. Jan. Addit suam aetatem 288 non in sequentem, subtrahi ab annis domini, potest 1152.

quia Hipparchi fuit mane. Is sanè tangit 23 Martij (secundum Buntingi de primo Juliano somnia etiam in 22).

Ita si dicamus, annum ab Hipparcho ad Sosigenem 6 horas praecisè etiam implesse, tamen non ultra meridiem 23 Martij pertingimus.[1] Superest, ut credamus, Sosigenem observasse aequinoctium illo die; sequitur ergo, annum ab Hipparcho ad Sosigenem fuisse dierum $365\frac{1}{4}$ et $\frac{1}{100}$, quae quantitas ipsum etiam sidereum excedit. Nam is $\frac{1}{130}$ addit. An ergò Sosigenes tam imperitus fuit? an potius tanta fuit inaequalitas anni? Ptolemaeus observavit vernale anno 140 post Christum, Nabonassari 887, 22 Martij bissextilis in meridie. Fuerit jam aequinoctium Sosigenis etiam bissextilis Martij die 24 in meridie anno 45 ante Christum. Anni 184, dies 2. Hic ergo demeretur de quadrante $\frac{1}{92}$ diei vel $\frac{24}{92}$ horae, $\frac{6}{23}$ horae vel $\frac{12}{46}$ vel $\frac{15}{20}$ fere, anni ergo quantitas h. 5 m. 45′. Vide an omnia ista conciliari possint.

Anni quantitas ex antiquissimis observationibus.

Ab Hercule ad Hipparchum	dies	7
Ab Hipparcho ad Ptolemaeum	dies	1
A Ptolemaeo ad nos	dies	12
		20

Anni post Christum 1600
Ante Christum 1260

2860 | 143. Tot annis dies unus
2 0 |

In Gregoriano 400 − 3 − 2860 $133\frac{1}{3}$ annis dies unus.

3
8580 | $21\frac{1}{2}$
00 |

Annus[2] ergo Gregorianus est $365\ \frac{97}{400}$

Chaldaei 1261 ante Chr.
Hipparchus 146
1115 dat 86 400 secunda horae, quid 7

7
604 800
557 5 | 543 − 9.3
47 30
44 60
2 700 | Annus a Chaldaeis ad Hipparchum
Albategnium 365.5.46$\frac{1}{3}$. | 5°50′57″.[1]

[1] *Randbemerkung* Notat tamen quidam *Almagesti* Braheani scholiastes, Censorinum referre novilunium in 1 Januarij Juliani quod per calculum reperiatur in 2 Januarij, si retro cogitemus Julianos a nobis. Fuisset ergo is ex mente Julij simplex annus, qui nobis ratione ordinis computatur duplex. Itaque Sosigenes videtur peccasse, aut annus confusus contra ipsius mentem. Nam si quem putamus secundum Januarij, is fuisset Julio primus, certe quem putamus 24 Martij, is fuisset Julio Caesari 23. Et qui Caesari 24, calculi nostri ratione esset 25. At cum aequinoctium in 24 tolerare non possimus, qui in 25 feremus: si quem Censorinus 24 diceret, is hac ratione 25 esset.

[2] *am Rand* 24
60
1440
60
86 400 | 216 3°36′
00 | 3
10.48 Gregorianus 5°49′12″

* Concilium Nicenum anno 326 Christi statuit aequinoctium in 21 Martij. Non puto tam imperitos fuisse observandi, quin id ex AIexandrino episcopo didicerint. Ergo a SOSIGENE per annos fere 400 dies 3 interciderunt. *XVIII, 137*

ISAACIUS ARGYVUS

JOANNES DE SAXONIA SCALIGER etiam iactat quendam JOANNEM DE DACIA.

ROBERTUS LINCONIENSIS

BEDA Anglosaxo cap: 30 *de rerum natura* prodit suam aequinoctiorum ignorantiam. Primum omnia 4 tempora ab VIII Cal. incipere apud Romanos scriptores ait. Id nota pro numero dierum in usibus. Additur et de 8 partibus signorum, ut SOSIGENIS aequinoctium sit EUDOXI, in VIII Cal: sed ipsae Cal: sit aequinoctium Chaldaicum. Ibi 2. in BEDA invenitur

PAULI AEGINETAE

a 0 ♎ in 0 ♈. d: 90		90	
Inde ab vergiliarum ortum	46	45	Videtur ex HIPPARCHO, cuj
Ad solstitium aestivum	45	45	et BEDA tribuit.
Ad autumnale	93	90	
Ad occasum vergil:	46	46	
Ad brumam	45	47	

Postea BEDA ait se sequi Aegyptios qui aequinoctium statuent in 12 Cal. Apr:, quia Nicenum concilium praecipiat ab XI Cal. Apr: celebrare pascha in VII Cal. Mai: Ergo colligit BEDA XII Cal. aequinoctium, XI primum post aequinoctium, quia non possit ante celebrari.

* 3. Meminit libri Cap. 135 ANATHOLIJ *opus paschale* A. C. 200; ait eum subtilissime disputasse de aequinoctijs etc. Et ponit ejus verba conclusionis.[1]

Solst: IX Cal. Jul.
Aut: VIII Cal. Oct.
Bruma VIII Cal. Jan.

4. PROTERIUS eruditissimus Aegyptiorum antistes a. C. 280 dicit ab ijs qui hoc invenire voluerunt cum omni diligentia veris initium praefixum videri in 25 Phamenoth, hoc est XII Cal. Apr. Hic sub Leone papa floruit in anno Christi 440 et ad ipsum haec scripsit c. 44 et ad WICHREDAM.

5[a]. Observandi aequinoctia ratio, cum Sol *in medio orientis* est, sed dubium, BEDA a se habeat, an ab alijs.[1]

Proclive creditum, antiquum hoc esse. Nam inventa meridiana dicitur orientis et occidentis *πρός ὀρθάς*. Hinc necessario aestivus semicirculus propter refractiones fit longior. *XVIII, 137ᵛ*

Cap. 51. Apparet VICTORIUM turbatum sede aequinoctij diversa prius VIII, post XII
* Cal. Apr:. Hunc VICTOR CAPUANUS refutat. In commento sub BEDAE nomine VICTOR papa ad THEOPHILUM Caesariae negocium defert. Reperiunt aequinoctium in VIII Cal., sed quia Christus passus XI Cal:, ideo addunt hoc triduum. Id annis ferè 200 post Christum. Pulchrum commentum.

In *literis ad Wichredam*[2] ANATHOLIUS in XI Cal. Apr. reponit aequinoctium, quod

[1] *Randbemerkung* Infra in *Epistola ad Wichredam* excusat ANATHOLIUM quod XI Cal. Apr: et 26 Phamenoth ponat, eo, quod hoc interdum fiat propter racionem quadrantis, et refutat EUSEBIUM, qui XI pro VIII positum a librarijs affirmaverat.

[2] *Randbemerkung* Dividit aequinoctia aequis spacijs, utitur authoritate ARISTOTELIS.

[a] *Kepler* 4

Proterius in XII. Forte quia prior Anatholius. Sed Beda dicit ipsum a reliquos et novos patres legisse: Legit nempe Eusebium in *Hist. Eccles*:.

Ibid: Cyrillus Alexandriae episcopus. Finit Sol cursum totius anni in XII Cal. Apr: Idem et Anatholio tribuit.

Victori Capuano explicationem hanc tribuit Anatholij de XII et XI. Legit Anatholium.

		Ante Christ. Aequinoctia	147. Inter	26. 27 Sept: m. n.
Hipparchi:	146.	24 Mar: mane	146.	27 Sept. mane
B.	145.	23 Mart: mane	145	26 Sept. merid.
	144.	23 Mart: vesperi		
	143.	Inter 23.24 m. nocte		

Sosigenis teste Columella, Plinio etc. In 24.25 Mart: deb: in 23.22

Ptolemaei	B. 132.	22 Mart.	h. 2 p: m. ex hoc 132.	25 Sept.	h:	2 p. m.
	133.	22 Mar:	h. 8 p: m.	25 Sept.	h:	8 p: m
	134.	23 Mar:	h: 2 ant. m:	26 Sep:	h.	2 a. m.
	135.	23 Mar:	h: 8 ant. m:	26 Sept:	h.	8 ant.

Et 139 itidem 3 An(t)onini

Nicenorum	B. 324	21 Mane aut mer.	
	325.	21 Mer aut vesp. 22	
	326	22 Vesp. aut med. noct. ant.	
	327	22 Med ant: aut manè	
	B. 328	21 Mane aut mer:	
Albat:	880		
	881		
	882		
	883	19 Sept: h: 2 ant:	

3 Antonini a Buntingo ponitur 139 Christi, 1206 Alexandri 883 Christi, ergo 744 interessent. Ergo Albategnius illum Ptolemaei annum aliter numerat quam nos.[1]

XVIII, 138 Restat igitur, ut vel Ptolemaeus fraudem commiserit confictis observationibus, aut meticulositate seu superstitione quadam antiquitatis illos confirmare maluerit, quam refellere, quorum neutrum est verisimile in Ptolemaeo philosopho, candoris, veritatis assertore, quod multis gnomis testatur, praesertim cum nullam inde vel utilitatem vel gloriam sperare potuerit, at majorem ex correctis antiquis. At quod nec obsequiosus antiquitati fuerit, multis modis testatum reliquit, Hipparchum refutans, ubi opus fuit. Ergo verè annus fuit longior.

Posito, quod et aestas fuerit longior, et major obliquitas, et annus tropicus longior quam hodie: et omnia haec circa Christi tempora in suo statu, hodie iterum, ante 100 scilicet annos in suo statu; nam hoc testantur 300 annorum proximorum observationes.



Sit A centrum mundi, AD aequator, jam immobilis, quamvis non sit. AF Ptolemaica ecliptica, AE hodierna. C centrum, ⊙ Ptolemaicum, B hodiernum. AC 4160, AB 3600 et BAC 19′, quaeritur BC. Nam ex hoc

[1] *Randbemerkung* Summa Ptolemaeus annos Alexandri mortis in his 2 aequinoctijs non bene numerat, et seducit Albategnium.

faciemus diametrum circelli, qui variet aequinoctia. Ponamus autem initio, Solis apogaeum esse utrobique in 0 ♋. In

CHA si 100 000 fit 416, quid sinus 19′ et 89°41′

553 —— 99998

416 416

3318 {…}

553 | 4109

{…} | 2°21′10″ HBC

Est ergo BC 56 et dimidia 23. Metiens anticipationem aequinoctiorum maximam ut media inter AB et AC est 388. Si haec fit 100 000, quid. 23. 2 300 000 | 5928 – 3°23′32″.

388

{…}

Variatio aequinoctiorum, sed haec potius est variatio apogaei Solis in annis 1500. Et quae causa esset hujus inclinationis circelli, ' nisi statuamus aequalem Solis restitutionem ad apogaeum inaequale. Ergo differentia esset dierum $3\frac{1}{2}$ in annis 1500. Anni fierent circiter 3000. Sint 3200. Annis igitur 800 excrescerent dies $3\frac{1}{2}$. Anni 800 ab ALBATEGNIO ad nos essent breviores $3\frac{1}{2}$ diebus, quam 800 medij, et anni 800 a Christo ad ALBATEGNIUM essent tanto longiores. Ergo anni 1600 a Christo ad nos divisi per hunc numerum, darent quantitatem anni mediam respectu harum causarum. *XVIII, 138v*

Proportio anni longissimi ad brevissimum

360

800

288 003½

287 996½

288 003½ dat 365¼ quid 7

7

{…} circiter $\frac{5}{576}$ diei.

576 dat 24 quid 5; $\frac{120}{576}$ horae. 576 dat 60 quid

120

60

7200

576 | 12′

{…}

At PTOLEMAEO annus fuit 56

nobis 49

7

Ergo dimensio etiamnum est nimia, fit minor, assumpta Ptolemaica eccentricitate minore. Sed videndae etiam observationes ALBATEGNIJ et COPERNICI.

Alia Hypothesis.

Concessa variatione eccentricitatis, anni quantitas necessario augetur. Nam sive a singulis eccentrici gradibus radios ad Solem: demittas, summa 360 horum radiorum longior erit, sive per singulos gradus anomaliae coaequatae ducas radios, summa quidem radiorum exiguo brevior erit, sed arcus eccentrici, respondentes anomaliae coaequatae gradui, fiunt majores. Hoc itaque certissimum est, saltem dimensio est aliquanto difficilior. Assumendus autem est 100 000 distantiae utrinque ejusdem valoris. Cumque per 3600 anomalia simplex circiter 4′ aut 5′ minor justo facta fuerit, quid 560 efficit?

3600 560 Non integrum scrupulum. Sane Sol 12′ horae conficit 30″ non

2800 sc: plus. Nota tamen, quod ipse etiam annus sidereus tanto ferè

3600 spacio decrescat per hanc hypothesin. '

Jam modo videndum, quomodo eccentricitas cum obliquitate rationabiliter connectatur. Si usurpemus hypothesin superiorem dicamusque, Solem sub fixis restitui nullo habito respectu apogaei, circellus ille vel pars erit plani eclipticae et sic nulla erit variatio obliquitatis, vel rectus ad planum eclipticae, sic ut diameter sectionum vel Solem spectet, et sic nulla erit variatio motus apogaei, vel sit ad venientem e Sole in se mediam *XVIII, 139*

perpendicularis, tunc nulla erit variatio eccentricitatis. Itaque sit modus secundus. Et quamvis variatio eccentricitatis accommodanda sit ad quantitatem anni, ut certiorem, vide tamen, quomodo variatio obliquitatis cum ea concordet; ubi statim initio apparet, non fore maximam variationem obliquitatis, nisi in annis intermedijs. Horum itaque modorum nullus est.

Nota de authoribus.

Azophi meminit Carolus V, in privilegio Apiano concesso[1], quod est impressum ad Horoscopium. Dicit, quod Apianus edere polliceatur librum Azophi, astrologi vetustissimi.[1]

Arzahel est referente Judaeo Polono Elsarquel. Hunc videtur Alpetragius appellare Avoashae Alzarcala. Condidit *tabulas Toletanas.* Extat apud Hofmannum.[2]

Rabi Levi scripsit de modo observandi diligenter, vide an et alia. Meminit Commandinus, in Archimedem *de arenae numero.*

Theon[3] mathematicus sub Theodosio introducitur ab Alpetragio, admirans, jam suo aevo non correspondere fixas calculo Ptolemaei, quare accessum et recessum per gr. 8 confinxit et insuper conformem progressum annis 100 uno gradu. Etiam Proclus Diadochus in editione Basiliensi Georgij Vallae interpretis meminit hujus motus idemque et animadvertit aequinoctij anticipationem. Adde et Rabbi Abraham Chaja, qui ait, hanc opinionem a Ptolemaeo visam, neque tamen tactam. Tribuit eam Medis et Babylonijs.

Jo: Scaliger meminit Roberti Linconiensis, de aequinoctio scribentis, item Joannis de Saxonia.

Calocalonymos testatur, Alpetragium vixisse post Averroem.

Mathaeus Guarimbertus Parmensis obliquitatem eclipticae numerat 23°33′30″. Vixit post Halialben, Albumasarem, Alkabitium, Messalah, Joannem Hispalensem, Haly, Ptolemaej interpretem, quos legit et allegat.

Ex scheda quam Schickardus vertit ex Aven Esra, qui dicit, se minus mille annis post Ptolemaeum vixisse, obliquitas est 23 et 30′ et semisexta, id est 5′. Vixit ergo ante 1140 Christi.[1]

XVIII, 139ᵛ Petrus Apianus in *Introductione geographica* anno 33 edita fol. C 3, facie B et C 4 facie A, primum suspectas facit latitudines fixarum, dicens *sequentes adhuc vestigia Ptolemaei* deinde constanter affirmat, die aequinoctij Alphonsini adhuc arcuatam esse lineam.

Wernerus	anno	1514, declinatio polaris 85°50′. Dist.		4°10′ 0.
	Anno	1548 Lovanij	—	3. 8
	Anno	1573 Augustae	—	3. 0.15
	Anno	1589 Huennae	—	2.54.50

Hic Wernherus exorbitat, vix enim 3.30 potuit esse distantia. Ac ne Peurbachius quidem tantam invenire potuit. Stöfflerus et Pighius scripsere de Calendarij Romani correctione. Paulus Middelburgensis in *Paulinis* ejusdem argumenti lib. 10 circa medium longa disputatio de magn⟨o⟩ ann⟨o⟩. Clavius f. 30 putat, universales tabulas non posse strui. Campanus scripsit de computo. Clavius ait, veteres probabili conjectura ductos annum inaequalem suspicari cepisse, quod Sol inaequaliter incedat, ut et theoria octa Josephus Moletius scripsit tabulas Gregorianas.

[1] *Randbemerkung* Maestlinus ex Msc: Apiani probat exemplar illi perijsse incendio, habet pauculas ex eo fixarum imagines.

[2] *Randbemerkung* An Avo Isac Israel de quo scheda Msc: Davidis Gensle.

[3] *Randbemerkung* Taun Alexandrinus

Nota ea, quae PROCLUS DIADOCHUS Lycius quaestione ut puto octava de punctis tropicis habet et per apogaeum Solis excusat et meminit motus (Motus inquam, non nominis hujus) Thebetiani, quem ALPETRAGIUS THEONI tribuit. Quaeritur aetas PROCLI.

THEBITHIJ enarratio motuum planetariorum et octavae sphaerae extat in meo quodlibeto. GARLANDI tabulae in computum libro BACCHATIJ. Quidam docet struere ARZAHELIS tabulas, ibidem habet quasdam observationes.

* SCALIGER fol. 200. Haec ex IGNATIJ patriarchae Antiocheni literis *Musteraka erant in fine Aban mensis, cum is Jezdegird accessit ad imperium, ipse transtulit ipsa in 23 Martij, ut Adar incideret in 18 Martij, in quo die conficiebatur illo tempore aequinoctij sidus, et hinc inciperet magna periodus Neuruz Jezdegird.*

JEZDEGIRD caesus anno imperij secundo, 633, anno Christi 632, facta omne de natu. Haec ideo facta translatio hoc potissimum tempore, quia tunc 1 Thot, Nabonassari 138 incidit in 18 Martij. Ergò nota. Nec a caede nec a principio JEZDEGIRD, sed quia sub JESDEGIRD caeptum consilium restituendae epochae.

⟨Gemscheid⟩ ant. C. 865. sc. 255. 278. In 28 Martij. '

* Sit ergo AQ 1. 0. 0 404 800 5 578 dat 50.58 *XVIII, 140*

AC 24.17.40 88 813 quid 1645.

23.17.40 493 613

24.17.40 {...} $22\frac{1}{2}$

1. 0. 0 — 0.30. 0 — 474 100

47.35.20 — 23.47.40 — 90 770

564 870

71 260

QAC 88.54. 0 44.27 35 630

23.17.40 493 613

23.30.30

0.12.50 — 0. 6.25 — 626 000

46.48.10 — 23.24. 5 — 92 339

718 339

224 726

PAC 37.56. 0 — 18.38. 0 — 112 363

QAP 50.58

OAP 15. 2

OAC 52.58 ——— Logar. 22 529

AO 1. 0 Logar. 404 800 Antilog. 15.23

427 329 Antilog. 9.71

0.36. 8 5.52

24.17.40

23.41.32



Retenta obliquitate media aequali ipsi creationis $24.17\frac{2}{3}$ et nostrâ ut est, quacunque suscepta quantitate semidiametri circelli, semper eadem fere prodit obliquitas. Nam magna semidiameter parvum motum efficit. Puto vix scopum attactum iri, nequidem per plenariam minimam, hodierno tempori accommodatam.

Hic quo magis AP ad AC applicat, hoc magis etiam OC, PC manent aequales et

Nam si AC 24.17.40
Et PC 23.30.30
Erit AP 0.47.10
Et QAC 0. 0. 0

sic semper minor obliquitas Ptolemaica. 23.51.20
26.20
Hic 0.20.50
AS 1°47′40″

Contra, si retardato motu argumenti et divulsa AP ab AC, omnia tria momenta stipes in parvum arcum QO. Differentiae QC, OC, PC erunt ferè sinus arcuum QO et proportionales fere temporibus.

At observa, quod in annis 3933 mutatio esset facta per 26.20.
in annis 1645 per 20.50.

Longe ergò celerior motus in posteriori tempore. Non potest igitur tempus inter HIPPARCHUM et nos collocari inter Q, S ubi fit contrarium nec epocha haec teneri, ut polus in creatione sit in Q, nisi illi obliquitas maxima accommodetur.[1]

XVIII, 140ᵛ Sit[1] ergo initio mundi obliquitas maxima, et sit media 24°17′40″. Ergò HIPPARCHUS et nos sumus versus minimam: sc: in U. F. Quod si AS statuas non majorem quàm 47′10″: Tunc FSP juncta erunt puncta. Et 20′50″ differentia inter nos et HIPPARCHUM erunt mera sagitta.



Et 26′20″ erit sinus 47′20″ logar. 24080
26.20 Logar. 82326
Arcus 33.57 58246
90
47800 Log: sem: 123.57
87176 Log. semis.
134976 26, dup. 52 56. 3

Ab initio mundi ad HIPP. per 3933 Log. d. 23994
Ab HIPPAR: ad nos per 1645 Log. d. 111170
87176

Ecce ut fere tueamur. Potest augeri, et nos intra 6 esse.

Oporteat ergo majorem statuere AS ut nos in P sinus et illa 20′50″ occupent minorem arcum, ut tamen QO sit plus quam quadrans. Si QO seu 3933, sit inquam 100°, quid 1645 seq. $41\frac{86}{100}$

180480
Log. 93318
87162

Gr. 10° sinus 17365
41.52 78650
51.52 UF 61285
QU 117365

debebat esse ut 20.50 vel 125
ad 26.20 vel 158

Sit QO 91° Erit OP $26\frac{5}{6}$

Gr. 1° sinus 1745
47.12 74550
48.12 VF 72815
QV 101745

Non potest igitur esse, ut initio mundi sit in Q, hujus folij, et hodie ante S in P, serveturque proportio justa inter QO, OP, et prodeant QV, VF justi et consoni observationibus.

At[2] si epocha sit uno quadrante anterius, et loco infimo in R, tunc possibilis est casus. Sit RQO plus quam 180. Si ponis quantitatem excessus supra semicirculum, ponis simul et quantitatem diametri AC. Et vicissim.

[1] *am Rand* ♂♂ III
[2] *am Rand* IV.

Ut si RQO 190°. Exessus 10° sinus 17 365 AV
Si anni 3933 dant 100 quid 164 500 | Sequitur
et 90 3933 | 41.50 et
{...} | 37.39 190
24.17.40 | 79.29 79.21
23.30.30 269.21 Hodie ergo ferè es-
47.10 differentia st. semus (minus) 5 hujus
23.51.20 differentia folij. Et AS esset
26.20 paral. 100 000 vel 89.21 a summa.
Si 17 365 valet 26.20, 100 000 valebit plus quam 4.

Auge RQO, ut sit 200. Excessus 20, sinus 34 202. Adhuc est paulo major tertia parte.

Si anni 3933 dant 200, ergo 1645 dant 83.40 Adhuc est paulus
200 major tertia parte.
283.40
76.20 sinus 97 169

Auge amplius ut sit 210. Excessus 30 sinus 50 000.
Anni 3933 dant 210. Ergo 1645 dant 87.51
210
297.51
62. 9 sinus 88 417

si hic dat 26 120 quid 88 417 |, sequitur 46.30. Et 100 000 dat 92
{...} | 517

Hoc pacto penes nos esset obliquitas rursum increscens, et minima fuisset ante nos quasi 550 annis. Vis fit ALBATEGNIO.

Vides pervenire et sic tueri omnia, praeter proportionem motuum praecessionis et hujus, quam statuimus ut 4 ad 3. Erit enim multo major. [1]

TABULAE RUDOLPHINAE

A 16 *De initio motus*

A 17 *Aestimatio et ordo Tabularum*

A 16

XXII, 486 **De initio motus.**

Si vera tradidit Ptolemaeus, tres superiores in particularibus motibus a Sole separatos esse, duos inferiores alligatos, quod et Copernicus retinet: nascetur haec speculatio. ♄ ♃ ♂ coloribus et viribus differunt ut excessus, medium, defectus. Duo inferiores differunt ut idem et alterum sive oppositum. Ponamus originalem situm respondisse. Quare ut excessus et defectus, sic ♄ ♂ erunt oppositi. ♃ in medio sc: in quadrato. De ⊕ dubium est, quorsum sit referenda, sed ubicunque sit, erit illi ♀ et ☿ concordes in eâdem angulatione, et ♀ ☿ oppositi. Quod si ♀ ♃ conjuncti sint, id tanto plus habet verisimilitudinis, ergo si ♀ ☿ ⊕ ☉ in eâdem linea, erit ⊕ in ♂ ♃ ♀, □ ♄ ♂, ♂ ☿. Ergo in radice Christi, fuit superatio

			In origine
♃ supra ♄	1′47°31′		1′30°
♂ supra ♃	3.39.41		1.30
⊕ supra ♂	3.58. 9	vel potius 0.58. 9	1.30
♀ supra ⊕	2. 6.48		3. 0

Sunt anni 3968 ex computationibus ad minimum: Hoc est, dies

6‴35″40′47°	3900
6.53.57	68
6‴42″34′44°	

Jam quadringentos annos adsciscamus, intra quos quaeratur positio Christi, hoc est

dies	0‴40″35′ 0°
Summa	7‴23″ 9′44°

sc: a 6‴42″ ad 7‴24″.[1]

XXII, 486v

	♄ ♃	♃ ♂	♂ ⊕	⊕ ♀	⊕ ☿
Epocha	1.30. 0	1.30. 0	1.30. 0	3. 0. 0	0. 0. 0
6	4. 1.41	2.20.25	4. 2.20	2.48. 1	
42	5. 4.12	3.37.46	2.51.57	0.37. 4	
	4.35 53	1.19.22	2.18.28	3. 4.57	
1″ 4′29°	3.12	0.12.21	0.26.19	0.35. 9	
6.43. 4.29	1.47.53	3. 0.54			
1.28	2.59	39			
	1.23				
6.43. 5.57	1.52.15	3.39.54	5. 9. 4	4. 5.11	
			3.58. 9		
			1.11		

Hic in ♄ ♃ ♂ quidem sic satis propè alluditur. Sed ♂ ⊕ separantur 1′11° plus justo, sic ⊕ ♀ separantur 2′ ferè plus justo.

Incidit manu duci nos apogaeis. Nam ♄ est in 0 ♉ hodie, ♂ in 27 ♌, quid si sit apogaeum Martis celerius ita ut olim fuerint opposita apogaea ♄ ♂. Jam ♃ certè in ♎ est sc: quia et ipsum celerius, quam ♄. Jam ☉ in 6 ♋ est, sc: ⊕ in 6 ♉ cum ♄. Cum autem apogaeum ♂ fere 2 signa transierit suum locum et suam superationem, transierit ergo ⊕ signa 3 et fuerit cum ♃ in ♎. Et verò ♀ in ♊, ☿ in ♐ est, signis oppositis. Hoc quidem bene. Caeterum statuendum est et ista transijsse. Transierit ♀ per ♃ et fuerit in ♒. Imo

quid multis, in ♀ valde discrepant. Nihil de inferioribus statui potest. Si fieret vera oppositio ♄☉, ♄☌♂, et ☌☉♂.

☌ 2″ 0°53′32″28‴
☍ 1. 0.26.46.14
□ 0. 30.13.23. 7′

Sunt dies 6‴45″55′31° ⟨plus ¼ Veneris⟩. Computantur à mediâ nocte, ergo illud ¼ retro extensum venit in vesperam, ultimi Decembris. *XXII, 487*

Fuit 25 Decembris, sabbathum, sive feria septima 26.1 27.2 28.3 29.4 30.5 31.6, feria sexta. Et vesperâ incepit septima sive sabbathum. Divide numerum per 7. 57″59′21° restant 4. Proba

7
6.45.55.27
4
31

☉ 1
☽ 2
♂ 3 I
☿ 4 2
♃ 5 3
* ♀ 6 4
♄ 7 I

W, 61ᵛ geburt auß dem Alexandrino gezogen vnd ins Julianiſche Calen'darium von DIONYSIO Abbate Romano geſetzt, alſo zu einem particularj gemacht worden. Vnd weil das Concilium universaliter gebotten, das ein Jedes Novilunium, ſo da ſolle zwiſchen den 8 Martij vnd 5 Aprilis Inclusivè für das Paschale zuhalten, wie DIONYSIUS in *Epistola* BEDAE *ad* WICHREDAM bezeügt: * Jme aber, dem DIONYSIO in einſchreibung des Cyclj Alexandrinj ins Julianiſche Jahr, der 5 Aprilis lähr ſtehen vnd khainen aureum Numerum bekhommen wöllen, Hatt Er ein yberiges gethan, vnd Aureum Numerum VIII vom vierten Aprilis, dahin er secundum naturalem ordinem Plenorum et Cavorum Mensium fallen wöllen, extra ordinem in den 5 Aprilis yberſetzet, wie auch im Februario vnd Junio mit diſem vnd andern zwayen benachparten aureis beſehen, damit man die vnordnung deſto weniger merckhe. Hierauß iſt zuerſehen, das wol beſſere Cyclj mögen erdacht vnd angeſtellt werden, dan vnſer aureus numerus iſt: wölliche vom Concilio Niceno nit verworffen werden, wan ſie nur ſonſten deſſen ſatzungen[2] nachkhommen, aber ſolliche Cyclj nit[3] khönden an den Julianum annum, wie vnſer aureus, gehefftet werden. Vnd Consequenter das Concilium Nicenum Niemand an das Julianum Calendarium binde, ſondern Jeder Nation Jr aignes althergebrachtes vnd gebreüchiges Calendarium laſſe[4], wan man nur drinnen die Oſtern nach deſſen vniversal ſatzung anſtelle.[5]

W, 62 (Forts.) ⌜245⌝ Ecclesiastes: [6]Mich hatt der Her Syndicus auff einen anderen fürſchlag gebracht[6], davon Ich erſt angefangen zuſagen. Laſſet vns die gulden Zahl ([7]von Jres alters wegen ⌜als ein Chriſtliche Antiquitet, vnd weil ſie auff vnſer Julianum Calendarium gerichtet Ja gleich anfangs mit dem ſelben auffkhommen)⌝ behalten, vnd ein correction brauchen, die nit subtiler ſey dan die gulden Zahl an Jr ſelber iſt, damit Wir nit das Pflugeiſen mit einem Zarten probirſtain ſpitzen, wie CLAVIUS ſeine Epactas. ⌜In einer an Jr ſelbſt groben ſach zuverbeſſern, iſt vil beſſer, ſich einer Ainfalt anzumaſſen, dan groſſer vergeblicher kunſt.⌝

⌜246⌝ Confessarius: Hatt doch CLAVIUS einen weg darzue gezaigt, nämlich die gulden Zahl dreyſſig mahl anderſt in dem Julianiſchen Calender.'

P', 27; W, 62ᵛ ⌜247⌝ Ecclesiastes: Nein das gefelt mir nit, das wär die gröſſeſte ' confusion, das khain tag im Julianiſchen Calender khain gewiſſe gulden Zahl haben ſolte. Ich wolt die gulden Zahl ſtehen laſſen, wie ſie einmahl im Calender geſetzt iſt worden. Das dienete ad conservationem antiquitatis vnd wolt die gulden Zahl, [8]wölliche in einem Jeden Jahr laufft,[8] nach verſtreichung etlicher Zeitt⌜en⌝ corrigirn oder auff eine andere weiſe ſuchen, dan ſie bis hero iſt geſucht worden.

⌜248⌝ Confessarius: Das pflegen[9] wir mit vnſerm Cyclo Epactarum zuthuen, Es iſt guet das es eüch auch gefellt. Doch laſſen wir den Cyclum aurej numerj lauffen wie von alters hero, vnd corrigirn darmit vnſern Cyclum Epactarum, wan es vonnöthen.

⌜249⌝ Syndicus: Warumb habt Jrs nit gleich ſo gern mit dem Cyclo [10]Aurej Numerj[10] ſelbſten alſo angegriffen, damit wär [11]die gulden Zahl[11] im Calender gepliben.

⌜250⌝ Mathematicus: Dieweil nit ein Jeder tag im Monat ſein aigene gulden Zahl hatt, ſondern alle Monate ailff tag lähr ſtehen in wöllichen khain Neümond gerechnet würt. Darumb haben ſie die Epactas an ſtatt der gulden Zahl geſetzt, damit ein Jeder tag ſein aigne Epactam habe, vnd alſo die

[1] *Randbemerkung von dritter Hand* Dahn iſt kommen das die ſo orientaliſche Kirchen ſich auch nach dem Concilio Niceno in haltung der Oſtern gezwäyet, Vnd doch khain theil des Concilij ſatzungen zuwieder gehandelet. *W*

[2] *am Rand Zusatz von dritter Hand* in Haltung der Oſtern *W*

[3] *Zusatz Keplers* werden *W*

[4] *Zusatz von dritter Hand* oder zuverendern freyſtellig *W*

[5] *Beiblatt zu W, 61ᵛ mit Notizen von fremder Hand (Sign. 34* u. 34*ᵛ)*

[6–6] *Korr. aus* Mir hatt ein anderer fürſchlag eingefallen *P'*

[7] *Klammer nachträglich von Kepler gesetzt W*

[8–8] *Korr. aus* eines Jeden Jahrs *P'*

[9] *Korr. aus* haben *P'*

[10–10] *Korr. Keplers aus* Lunae oder gulden Zahl *W;* Lunae oder gulden Zahl *P'*

[11–11] *Korr. Keplers aus* ſie *W;* ſie *P'*

Neümonde, wan ſie nach verſtreichung etlicher viler Jahr Jre gewiſſe täge verlaſſen, von einem tag zum andern benachbarten Ziehen vnd alda herberg ſünden khöndten.'

⌜251⌝ Cancellarius: Das werdt Jr nun, wan die gulden Zahl pleibt, nit erhalten khönden ſonder die arme Mondſchein werden von einem tag vnd gulden Zahl nit alweg zu dem benachbarten, ſondern zu dem dritten tag, vnausgeſpannen vnd gleich in ainem fuetter fort passirn müeſſen, damit ſie alda auch ein gulden Zahl vnd gleichſam ein herberg ſünden.' *W*, 63

⌜252⌝ Ecclesiastes: Es würt Jnen nit ſaur geſchehen, ſie habens vnder dem Niceniſchen Concilio ⌜oder wie vns Jetzo der Mathematicus berichtet, 200 Jahr hernach, damahlen Dionysius ſie in den Calender geſchriben, wie mich es aber gedunckt, 300 Jahr zuvor, damahlen Julius Caesar die gulden Zahl in ſeinen Calender geſchriben⌝ ſchon gewohnt. Hatt ſich [1]Dionysius vnd die Kirche[1] nit geſcheühet, ſovil täg im Jahr ohne einen Neümond lähr ſtehen zulaſſen (wider des Himmelslauff, der die Neümonde auff alle täge des Julianiſchen Jahrs herumb zettelt) warumb wolt Jch mich ſcheühen, eben ſolliche täge, [2]der alten Kirchen[2] zuehren alſo fort lähr ſtehen zulaſſen? *P*[1], 27[v]

⌜253⌝ Mathematicus: Wie würde dan die inquisitio currentis aurej numerj müeſſen angeſtellt werden?

⌜254⌝ Ecclesiastes: Wie bald khompt[3] der Mond vmb einen tag früer, dan die gulden Zahl?

* ⌜255⌝ Mathematicus: Jn 312 Jahren. Sovil gibt Tychonis Brahe rechnung. Clavius hatt auß den *Prutenicis* 312½ Jahr, ⌜ein halb Jahr mehr.⌝

⌜256⌝ Ecclesiastes: So wolt Jch alweg in 312 Jahren für den curren'tem aureum den nechſten [4]oberhalb ſeiner[4] nemen, addendo undecim ad currentem. Wolte alſo in 312 Jahrn ein mahl den Cyclum Jnterrumpirn. *W*, 63[v]

⌜257⌝ Mathematicus: Das güeng dem Herrn nit an: dan [5]ſo offt[5] ein lährer tag, der khein gulden Zahl hatt, ob dem currente ſtüende, ſo würde man mit diſer rechnung vmb zwen tag hinauff ruckhen, da man nur ainen hinauff geruckht ſein ſolte.

⌜258⌝ Confessarius: Darumb nemet vnſere Epactas an da würt es eüch mit diſen 312 Jahren nit fählen.

⌜259⌝ Ecclesiastes: Jch will Jrer nichts, will bein alten aureo numero pleiben, will wol mittel finden. Wie wan Jch dan [6]auff ein ſollichen fall[6] zwaymahl 312, das iſt 624 Jahr wartete.'

⌜260⌝ Mathematicus: Hiermit khämet Jr nach verſtrichenen 624 Jahren zurecht. Aber wan ſich annus correctionis nunmehr nahete, nämlich vmb das 600 Jahr, da khäm ewer gulden Zahl vmb 2 tage zu ſpaat. *P*[1], 28

⌜261⌝ Ecclesiastes: Was ligt daran, iſt es doch zu [7]Julij Caesaris Zeitten mit als Authoris Sosigenis, vnd zu Dionysij[7] Zeitt mit [8]der Kirchen[8] guetten wiſſen auch geſchehen.

⌜262⌝ Confessarius: Ja, wan es dabey plib. Jr behaltet aber mit der gulden Zahl auch ſolliche Jrthumbe, die zu ' Dionysij[9] Zeitten geweſt, vnd Heüffet Jetzo eweren aignen darzu. Da würt ein groſſer vnd doppelter Jrthumb darauß. *W*, 64

⌜263⌝ Ecclesiastes: Geſchicht es doch eüch auch.

⌜264⌝ Confessarius: Aber weniger, vnd mit klainern Jrthumben, dan erſtlich geben vnſere[10] Epactae auch zu des Concilij Zeitten wenigere vnd kleinere Jrthumbe, dan die ⌜alte⌝ gulden Zahl: darnach warten wir nur ſo lang biß ain ainiger tag der verſpätung vns auffwechſet: da Jr hingegen würdet zwayer täge erwarten müeſſen.

[1–1] *Korr. Keplers aus* das Concilium *W*; das Concilium *P*[1]
[2–2] *Korr. Keplers aus* dem Concilio *W*; dem Concilio *P*[1]
[3] *Korr. aus* verendert ſich der *P*[1]
[4–4] *Korr. Keplers aus* ob Jme *W*; ob Jme *P*[1]
[5–5] *Korr. aus* wan *P*[1]
[6–6] *Korr. Keplers aus* zumal *W*; zumahl *P*[1]
[7–7] *Korr. Keplers aus* des Niceniſchen Concilij *W*; des Niceniſchen Concilij *P*[1]
[8–8] *Korr. Keplers aus* deſſen *W*; deſſen *P*[1]
[9] *Korr. Keplers aus* des Niceniſchen Concilij *W*; des Niceniſchen Concilij *P*[1]
[10] *Korr. Keplers aus* die *W*; die *P*[1]

⌜265⌝ Ecclesiastes: Vmb aines tags willen, will Ich die gulden Zahl nit in die ſchantz ſchlagen.

⌜266⌝ Syndicus: Lieber bemühet euch, diſer fürſchlag gefelt mir beſſer dan ewer vorige mainung mit den veris motibus.

⌜267⌝ Mathematicus: Es wär auch gar ein vngleicher gang in diſer correction, das man ein weil 312 bald 624, wider 624 etc. ohn alle Ordnung fürſtreichen laſſen müeſte.

⌜268⌝ Ecclesiastes: Haben doch auch ſie khain ordnung in Irer correction, müeſſen ſich mit einer
W, 64ᵛ Tabula aequationis epac'tarum betragen. Khöndtet Jr doch mir auch ein tabulam drauff machen. Saget Jn wie vil Jahren hette ſie Iren vmbgang? '

P', 28ᵛ ⌜269⌝ Mathematicus: Weil nach 30 tagen widerumb der vorige aureus im Calendario Juliano geſetzet würt, vnd aber einem Jeden tag 312 Jahr gebüren, demnach, ſo khämen wir in 9360 Jahren herumb.

⌜270⌝ Syndicus: Das wär noch zu erleiden, wan es nur nit auff vilmalhunderttauſent laufft.

⌜271⌝ Ecclesiastes: Weil dan in diſen 30 tägen 19 gulden Zahlen ſeind, wie wan Ich diſe 9360 in 19 thailete, vnd was khompt, nach ſovil Jahren ainmahl auffwärtz ſtige, damit khäm Ich ein wenig zuſpaat, wan zwen aurej nechſt auffeinander folgen, vnd hingegen ein wenig zu früe wan ein lährer tag zwiſchen zwayen ſtehet?

⌜272⌝ Mathematicus: Ein Jede Correction plib $492\frac{12}{19}$ Jahr anſtehen.

⌜273⌝ Ecclesiastes: Das iſt nit vil weniger dann 500 ⌜Jahr⌝. Wie wan Ich gar 500 Jahr näme, das khöndt man leicht behalten?

⌜274⌝ Mathematicus: Jn 67 mahl 500 Jahren, das iſt in 33500 Jahren ſtige man vmb einen tag zu wenig auffwartz.

W, 65 ⌜275⌝ Syndicus: Oho das wöllen wir nit ſcheühen, wer nach halb ſo'vil Jahren leben würt der brauch nit ⌜gerad⌝ 500 ſondern $492\frac{12}{19}$ Jahr. Wie lauttete dan die Correction?

⌜276⌝ Ecclesiastes: Nit anderſt dan alſo.[1] Schaw wie offt du 500 in der Jahrzahl Chriſtj habeſt[2], ſo offt ſetze 11 ⌜zu der Jahrzahl Chriſtj⌝ [3]vnd ainmahl ains darzu[3]. Vnd würff 19 hinweg, ſo offt du kanſt, wie breüchig, was vberpleibt iſt deines Jahrs rechter corrigirter aureus numerus, der dir in dem alten Julianiſchen Calender, darinnen die aurej numerj verzeichnet, die Novilunia annj oder deren täge zaigt. So nun der 14 tag von diſem ⌜Neumond⌝ an, fellt in den 10 Martij heuttiges tags oder nechſt hernach, ſo iſt der folgende ſontag Oſtern. ⌜Den Ich als dan, wan man den Cyclum aurej Numerj behelt, billich auch einen gantzen tag, wie bishero der 21 Martij geweſt, zum aequinoctio mache, ſolang das ware aequinoctium drinnen pleibet, wan es dan verlaſſen, Hernach den nechſten tag drüber hierzu brauche.⌝ Zum Exempel ſey annus Christj 1609. Weil Ich 500 dreymahl drinnen find, ſetz Ich darzu 3 mahl 11, das iſt 33, vnd [4]1, ſamptlich 34. Das macht 1643, thails mit 19, ſo '
P', 29 pleibt 9[5]. Wöllicher aureus Numerus ſtehet bey dem 25 Januarij, 23 Feb:, 25 Martij etc. Derowegen der 9[4]Aprilis Oſtern iſt. Dan wan der 25 Martij iſt Luna prima, ſo iſt 7 Apr. luna decimaquarta.

⌜277⌝ Syndicus: Das wär mir ein erwünſchter Handel, ⌜ſonderlich weil Er ſo leicht vnd vnvermerckht zugüeng vnd khainer veränderung oder aufmuſterung auß dem Calender bedürffe, auch gar leicht zubehalten wäre.[6]⌝ Wan wir nur nit offt der Gregorianiſchen Oſtern verfähleten.

W, 65ᵛ ⌜278⌝ Mathematicus: Wir hetten diſer Zeitt, weil erſt vor ain Hundert ' Jahren ⌜Nämlich anno 1500⌝ die Correction geſchehen ſein würde, die luna decimas quartas zwölfmahl in einem Jeden Cyclo[7] vmb ainen tag früer, dan in Calendario Gregoriano. Derohalben wir in den nechſt

[1] *Zusatz* [Theil] *P'*

[2] *Randbemerkung Keplers* Von alters Her hat man nur unitatem addirt, hernach mit 19 dividirt. *W*

[3–3] *Korr. aus* zu der gewohnlichen lauffenden gulden Zahl *P'*

[4–4] *Korr. an allen Zahlen in P'*

[5] *Korr. aus* nichts oder dafür 9 *P'*

[6] *Randbemerkung Keplers* Ad V: 277. Clav: *de Em: Cal:* fol. 584. Equidem meminj Gregorium mihi * iterum atque iterum inculcare, ut in Calendario quam minima fieret immutatio, atque hanc aiebat esse mentem Regum aliorumque principum. *W*

[7] *Zusatz* [zu früe] *P'*

folgenden Hundert Jahren ein mahl[1] 6.7. ⌜oder⌝ 8 acht tag früer oſtern hüelten, als der gegenthail. Darnach weil Aureus XVII bey dem 25 Februarij ſtehet, hat er ſein XIV lunam bey dem 10 Martij, wölliches ⌜diſer Zeitt⌝ der rechte tag iſt zum aequinoctio: So offt nun aureus XVII wäre[2] in 100 Jahren, ſo offt, nämlich 5 Mahl, hüelten wir oſtern ein monat früer dan Sie, weil ſie den 11 vnſers oder 21 Martij Jres Calenders von dem aequinoctio ⌜be⌝nennen.

⌜279⌝ Ecclesiastes: Was ligt daran, wan es nur recht iſt, ſo hieß es gleichwol die Oſtern corrigirt. Was haben die Herren weitters hieran zu tadeln. Ich behüelte [3]einen Cyclum, wie Jr wöllet, das des Concilij mainung geweſt, vnd zwar aureum numerum a Julio Caesare in Calendario Juliano fixum, doch denſelben alſo, wie Jne Dionysius[4] auß dem Cyclo Alexandrino verändert, vnd die Lateiniſche vnd Griechiſche Kirch yber tauſent Jahr gebraucht. Jtem behüelte Jch[3] primum mensem, Lunam quartamdecimam ex cyclo, dominicam sequentem, wie das Concilium eingeſetzt hatt ⌜in den Jenigen canonibus qui sunt perpetuis.⌝

⌜280⌝ Confessarius: Jr behüeltet aber die terminos Paschales nit, ab XI Cal. Apr: in VII Cal. Majas, wölliche auch im Concilio eingeſetzt ſeind.

⌜281⌝ Ecclesiastes: Sie ſeind eingeſetzt[5] praesupposita conditione wan das aequinoctium XII Cal. Apr: ⌜wäre⌝, weil aber das concilium nit für gewiß außgeben hatt, ' das das aequinoctium im 21 Martij pleiben werde: alſo hatt es auch diſe terminos nit für[6] vnwandelbar haben wöllen. ⌜Jſt alſo diſer Canon Temporarius geweſt, vnd nit omnium Temporum, vil weniger aber omnium Locorum, dan in Ægypto Hatt man diſe Terminos ex calendario Juliano nit gehalten, oder die Oſtern nit ex Juliano Calendario gerechent, ſondern ex Calendario Ægyptiaco, vnd iſt bey Jnen der erſte Terminus geweſt den 26 Mensis Phamenoth, darauß Jch ſchlieſſe weil das Concilium niemand khainen gewiſſen Calender auffdringet, ſo dringe es auch niemand khaine gewiſſe vnwandelbare täge in ſeinem Calender auff[7], als ob die Terminj Pascales niemahlen davon verweichen khöndten, ſondern ſey zufriden wan man nur Jederzeitt die Jenige täge brauche, wölliche mit deſſen Canonibus alijs perpetuis yberein stimmen.⌝ *W, 66*

* ⌜282⌝ Confessarius: Saget was Jr wollet, die nachfolgende Scriptores[8] vnd Beda haben ſtarckh an dem 21 Martij vnd den beſagten Terminis gehalten. '

⌜283⌝ Ecclesiastes: Es iſt auß vnwiſſenheitt beſchehen, dan ſonnenclar, das Beda nichts darumb gewuſt habe, das das Julianiſche Jahr vmb etwas zu lang. Derhalben iſt nit billich, das man das Concilium auß Bedae Vnbericht[9] verſtehen lehrne, was deſſen[10] mainung geweſt mit dem 21 Martij. Jtem hab Jch die terminos Paschales concilij geendert, ſo habt Jr das gantze Calendarium Lunare [11]veteris Romanae Ecclesiae[11], nämlich den aureum numerum gar außgemuſtert, ſeind derohalben gleich. *P¹, 29ᵛ*

⌜284⌝ Syndicus: Es Wär Zu Wünſchen Bapſt Gregorius Hette die Correction mit den Oſtern auff diſen ſchlag fürgenommen, da wolten wir ohn alle widerred nachgefolget ſein: ⌜dan die Mathematicj hetten nit vrſach gewonnen zusubtiliren.⌝

⌜285⌝ Cancellarius: Jch wills nit laichtlich glauben. Jr habt vil zu ſtreittige köpffe vnder eüch.

⌜286⌝ Ecclesiastes: Wie wan wir vns noch auff diſen ſchlag verglichen. '

⌜287⌝ Confessarius: Die gantze Welt würt eüch zugefallen wider abthuen, was ſie ein mahl *W, 66ᵛ*

[1] *Zusatz* [oder] P^1
[2] *Korr. Keplers aus* war *W*; wär P^1
[3–3] *Korr. Keplers aus* den Cyclum Concilij *W*; den Cyclum concilij P^1
[4] *Zusatz* [verendert] *W*
[5] *von dritter Hand überschrieben* fixi sunt *W*
[6] *Zusatz* [gewiß vnd] P^1
[7] *Zusatz* [ſondern] *W*
[8] *Korr. aus* Patres P^1
[9] *Korr. Keplers aus* vnwiſſenheit *W*; vnwiſſenhaitt P^1
[10] *Korr. aus* ſeiner P^1
[11–11] *Korr. Keplers aus* Concilij *W*; concilij P^1

angenommen. Ey wie gern wäret Jr ſelber Bapſt. Wolt Jr vnſere Correction nit annemen, ſo laſſet es pleiben, ſo lang man eüch noch diſe ewere aigenwilligkhaitt geſtattet.

⌜288⌝ Ecclesiastes: Es würt vns niemand verbietten die Oſtern auff diſen ſchlag zucorrigirn. Habt Jr bißhero geſtatten müeſſen, das wir ein, vier vnd fünff wochen nach Eüch Jrrige Oſtern gehalten, vnd diß gar offt: ſo werdet Jr auch geſtatten müeſſen das wir Jetzo vnderweilen acht tag oder vier Wochen[1] vor euch rechte corrigirte Oſtern halten.'

P¹, 30 ⌜289⌝ Confessarius: Thuets im Namen Gots, vnd treibts ſolang ewere Neüerpaute Kirchen auffrecht ſtehen.

⌜290⌝ Cancellarius: Dem gmainen Weſen iſt mit corrigirung der Oſtern nit ſonderlich geholffen, die Oſtern gehören mehr in die Kirchen. Diß allain wolt Ich gern ſehen das man zu Speir im Kammergericht der viervndzwainzig Apoſtlen die vns die Justitiam vertagen, vnd was dem anhengig, zum halben thail abkhämen. *

W, 67 ⌜291⌝ Confessarius: Das kan nit anderſt geſchehen, dan man neme' die Gregorianam correctionem an, vnd laſſe auch zehen täge auſſen.

⌜292⌝ Ecclesiastes: Das müeſten wir lautter allain dem bapſt zugefallen thuen. Dan wir droben gehört, das nit nur zehen ſondern ailff täge herauß zunemen, oder wie mirs gefüele, mit den vnbeweglichen feiirtägen Jm Julianiſchen Calender hinauff zuruckhen wäre: wan wir dan diß thäten, wie es des himmels lauff erfordert vnd vnſern Chriſttag den 14 decembris hüelten, ſo käm ewer Chriſtag den[2] 15 Alten oder 25 Newen Calenders Hernach, vnd bliben gleichſowol zwen feirtäge für einen.

⌜293⌝ Mathematicus: Wan ſchon das aequinoctium iſt am 10ten khan man dannoch den 11ten vom aequinoctio nemen, nach dem Exempel Julij Caesaris, der das aequinoctium im 23 Martij gefunden, vnd doch dem 24 davon den Namen geben, als dem erſten tag im früeling, vnd alſo die bewegliche feſte mit ⌜Gregorio⌝ zehen täge hinauff ruckhen.

⌜294⌝ Syndicus: Jch halt wir handeln ſicherer, wan wirs ⌜mit beweglichen feſten⌝ gar pleiben laſſen bis auff ein algemain Concilium.[3]

W, 67ᵛ ⌜295⌝ Confessarius: Am[4] Jüngſten tag: Hatt euch das Tridentiniſche' Concilium [5]nit hier zur gefallen, ſo würt eüch khains gefallen.[5]

⌜296⌝ Cancellarius: Am allerſicheriſten, Jr thuet wie ewers glaubens genoſſen in den Öſterreichiſchen, Böhemiſchen vnd Niderenlandiſchen Provincien, auch in Etlichen Reichsſtetten, die *P¹, 30ᵛ* pleiben Ja noch ſo halsſtarrig auff Jrer mainung in Re'ligions ſachen, als zuvor nie, vnangeſehen ſie die Reformation des Calenders angenommen.

⌜297⌝ Ecclesiastes: Die Niderländer haben Vrſach darzu gehabt, weil ſie gar vil mit den benachbarten [6]zukriegen, zuhandlen vnd zuwandlen gehabt[6], vns gehet khain ſo groſſe not nit an. Gleichwol nimpt mich es Wunder an ſie.

⌜298⌝ Cancellarius: Warlich es wär im Römiſchen Reich wol ſo noth. Dan das, gantze benachparte fürſtenthumber vnd Königreiche ⌜wegen Jrer weitſchwaiffigkhaitt, vnd yberal gehaltener gleichhaitt⌝ diſer Not nit empfinden, darunter khommen die ſchwächer vnd mehr vndermengete ſtände zu kurtz, vnd würt nit brüederlich mit Jnen gehandelt, das die groſſe Herren nur auff ſich ſelber ſehen.

⌜299⌝ Syndicus: Warum hatt es nit der bapſt bedacht, vnd ſein Reformation durch den Kayſer *W, 68* proponirn laſſen: Dan ob Er ſchon zuhoch darzu, das er auff' die ſchwache ſtände gedencken ſolte, ſo hatt Er doch an Chriſto mehrere ſanfftmueth zulehrnen gehabt. Wiewol die noth nit ſo groß, wie Jr ſie

[1] *Zusatz* [rechte Oſtern] *P¹*

[2] *Zusatz am Rand von dritter Hand* 14 decemb. hielten ſo khain euer Chriſtage dan *W*

[3] *Zusatz am Rand von dritter Hand* Vnd hierzwiſchen nur die Oſtern beſagter maßen corrigirn. *W*

[4] *am Rand von weiterer Hand die lateinische Übersetzung* Jn die scilicet extremo! Si vobis C. T. nihil non placuit, nullum vobis placebit. *W*

[5–5] *Text fast unleserlich in P¹; Lücke in W, Text von Kepler nachgetragen*

[6–6] *Korr. aus* handlen vnd wandlen müeſſen *P¹*

machet, dan im Handel vnd wandel iſt man ſchon genuegſam verſehen, darmit das man baide Calender zuſamen druckhet, darnach ein Jeder ſich zurichten waiſſt.

⌜300⌝ Ecclesiastes: Der Herr Cancellarius iſt wol auff einer guetten gedanckhen: Nämlich das wir prediger nit allein die ſchuld haben das die weitaußgebreittete Reformation des Calenders bey vns nit leichtlich eingeſchlaifft werden khan. Dan vnſere Obrigkhaitten haben noch höhere bedenckhen dan wir, wölliche wir nit verſtehen. Wan wir aber von Jnen cum voto, vmb vnſere bedenckhen in Kirchenſachen befragt werden: ſeind wir nit zu verdenckhen, das wir ſolliche rund herauß bekhennen vnd wol außführen.

⌜301⌝ Cancellarius: Wer auff den klainen pfenning ſihet, der gibt zuverſtehen, das er ſich vor armuet fürchte. Wan ewere Obrigkhaitten ſo groſſe not angehet, Jren statum zuerhalten, das ſie auch das Calenderweſen darzu ziehen müeſſen, vnd von ' diſer vrſach wegen nichts vergeben khönden: ſo ſeind *W, 68v* ſie halb verlohren. Sie thätten vil beſſer, wan ſie ſich hierinnen freygäbig erzaigten, vnd den Calender nachgäben, darmit wurden ſie Jnen einen rueff machen, das ſie noch vil einen ſterckhern hinderhalt haben, Jre religion zuſchützen, vnd Jnen [1]hievon wegen[1] der Religion ⌜am Calender⌝ wenig gelegen ſey.

⌜302⌝ Confessarius: Jch fürcht warlich es werd ein mahl gar zum widerſpil gedeyen; vnd an ſtatt deſſen, das ſie Jetzo durch den Calender Jre reputation vnd macht zuerweittern begehren, werden ſie Jren rechten Herren finden, der durch aufferlegung des Newen Calender, wan ſie ſich lenger widerſetzen, ein Vrſach zu Jnen find, die gantze religionsfreyheit mit gewalt auffzuheben.* '

⌜303⌝ ⌜ Syndicus: Jr möget wol vleiſſig ſein, vnſerer fürſten Haimlichaitten zuerforſchen; es Hatt eüch aber noch Zur Zeitt khain Protestant gebeichtet. Darumb Laſſet eüch diſe forcht nit alzuhart zuſetzen. Jch meins theils bekümmere mich wenig hierumb.

⌜304⌝ Ecclesiastes: Wan ſies auffs Klügeſt greiffen an, ſo geht doch Gott ein ander baan, Es ſteht in ſeinen Henden.

⌜305⌝ Confessarius[2]: Vnd[3] hiermit iſt die Predig auß, dan man anfahet zuſingen. '

⌜306⌝ Mathematicus[4]: Es ſeind aber die Herrn mir auch ſchuldig den Segen, oder vil mehr die *W, 69* Absolution zuſprechen: Nämlich das die Mathematicj am Calenderſtreitt nit ſchuldig ſeyen, ſondern der Partheyen Jede Jre Mathematicos brauchen, vnd anführen khönde wie ſie wolle. Will aber eüch denſtlich erbotten haben, den Herren ſampt oder ſonderlich zu einer Chriſtlichen fürhabenden vergleichung des Calenderweſens in parte vel toto mit meiner Kunſt nach müglichaitt zudienen: Damit bey[5] diſer geringen Materj ein anfang gemacht werde, die zwiſchen den partheyen ſchwebende zwiffälte Chriſtlich hinzulegen, vnd hinfort mit einander fridlich vnd einwertreglich zu leben.

⌜307⌝ [6]C. C. S. E.[6]

Amen.⌝ '

[1-1] *Korr. Keplers aus* hierbey an *W;* hierbey an *P'*

[2] *Korr. Keplers aus* Mathematicus *W*

[3] *von weiterer Hand überschrieben* Atque ita finita est concio, dum devenitur ad hymnos. *W*

[4] *Zusatz* [Jr Man anfahet zuſingen. Jr ſan] *W*

[5] *von weiterer Hand überschrieben* à negotio hoc non magni in se momenti initium fiat dissidia inter partes vigentia christiano more componendi et in posterum pacificè atque concorditer vivendi. *W*

[6-6] *von weiterer Hand aufgelöst zu* Cancell. Confess. Synd. Eccles. *W*

W, 69ᵛ

In hoc scripto insunt ista.

2 Concilium circa Julianum annum nihil disposuisse 53. 106. 229. 244
5 Collatio Cyclorum popularium et subtilitatis astronomicae a 63 in 76. Vide et 232. 2.
3 Exemptio dierum. ab 86 in 109.
Patres non exemisse 106. 225.
4 An festa fixa transponenda currente Juliano anno imperturbato. 290. 294
6 Medij an veri motus potiores, posita subtilitate astronomica. a 193 in 226.
9. Quid consentaneum hic Nicenis decretis. 208.
7. An Cyclos praescripserint Nicenj Patres a 216 in 226. Vide et 232. Item 64. 65. 72. 73.
8. Motus veri an medij an Cyclus Gregorianus Epactarum Nicenis decretis conformis a 216 in 226.
10 Cyclos concilio placuisse 180. 232. 244.
11 Pascha an Plenilunio celebrandum 231.

An dies Paschae figendus, vel Terminus Paschae 57. 234.
Quomodo secundum veros motus instituendum a 229
Quomodo secundum medios motus instituendum
Quomodo Cyclus optimus sed solutus a Juliano comminisci posset 243
Quomodo cyclus aurei numeri solummodo corrigendus
1 De tota mutatione Calendarij 79. 119. 71

C 2

Explicationis calendarij Gregoriani perpetui a Christophoro Clavio scripta Emaculatio.

XXI, 401

I. Quartadecimanis pro errore vel haeresi tribuit, pascha interdum celebrare cum Judaeis Lunâ decimâ quartâ. Hic tria dicenda. Primum, Judaei pascha celebrarunt, Luna decima quarta, non incipiente, sed finiente, horâ quae est initium azymorum. Secundo, Christiani veteres caeremonias paschales ad imitationem ecclesiae Judaicae inceperunt itidem a vespera antecedente. Tertio. Non est haeresis vel error, pascha interdum celebrare eodem die cum Judaeis, dummodo dies vesperam paschalem Judaeorum sequens, sit dies dominica. Illi vero haeretici, quartadecimani ideò sic dicti sunt, quod pascha semper cum Judaeis, quartadecimâ Lunâ finiente celebrandum censuerunt, quacumque feria hebdomadis.[1]

XXI, 401ᵛ

2. Veram causam desidero, cur initio Bulla Gregorij calendarium dixerit perpetuum. Nam si vox perpetuum, ad solum cyclum epactarum insertum, aureum numerum remotum refertur: multa ergo in illa Bulla de aequatione cycli solaris et cycli epactarum erunt, quae non praecipiuntur, nisi sub conditione hac, siquidem posterioribus temporibus vera apparitura sint, quae hodie de siderum scientia tenemus. Fatendum confusius paulò scriptam Bullam ab imperitiori, adulantibus quorum erat revidendi opera. Id Clavius honoris causa tacere utique debuit, veniam igitur meretur.

XXI, 402

Rationes cur veros motus ecclesia non sequatur, non pugnant, genuina causa est omissa, arbitrium ecclesiae, quae sola et unica causa id factum stabilit, caeterae facile profligari possunt. Deinde affirmatum non debuit esse generale de omnibus veris motibus ejectis, retinetur enim verus motus Solis. Vel certè, non debuit esse generale affirmatum de omnibus medijs motibus retentis, nam in Sole medij motus non tenentur. Nititur emendatio calendarij secundum decretum Nicenae synodi instituenda, non motibus caelestibus praecisè praescitis, sed voluntate supremi sacrorum antistitis, ad commodum ecclesiae, facilitatem calculi, et scandalum vitandum respicientis.

XXI, 402ᵛ

4. Non debuit negare verum aequinoctium aliquando futurum die 27 Martij Gregoriani. Primo non distinguit vocem aequinoctij, quae aliquando est locus sub fixis, aliquando tempus, sed terminus temporis, utrumque verum vel medium. Primo significatu aequinoctium non potest dici hoc vel illo die Martij, sed hoc vel illo loco sphaerae fixarum.

Igitur in aequinoctij loco	medio est linea motus Solis	medij	die Martij	h.
		veri	die Martij	h.
	vero est linea motus Solis	medij	die Martij	h.
		veri	die Martij	h:

Secundo *Prutenicas* allegat perperam, ut quae non de tempore aequinoctij medij, ut

[1] *Zusatz* [NB. Vixit Ennoch:]

CLAVIUS, sed de loco aequinoctij sub fixis loquntur[a]. Tertio. MOLETIUM adducit particulariter loquentem ac si generaliter loquatur. Estque is jam a partibus GREGORIJ, quia posterior scripsit, et tabulas quidem Gregorianas. Quarto contra ecclesiae voluntatem (siquidem eam rectè explicasse concessero) defendit motum Solis verum ejecto medio, idque praesentibus saeculis. Quinto, futuris saeculis neque verum neque medium Solis motum consulit in computatione aequinoctij, sed tantum verum et medium locum aequinoctij. Componitur enim annus ex 2 causis sibi mutuo vel obviantibus, vel se fugientibus: Solis cursoris, et termini vel scopi (aequinoctialis loci) motu. '

Fr. VIII, 658 5. Caniculares cum aequinoctiis in Juliano putat ascendere. Oscitat. Nam sidera descendunt, aequinoctia ascendunt. Julianus enim annus est medius fere inter tropicum breviorem et sidereum longiorem.

6. Cycli aurei numeri ratio potest tradi evidentior.
(Numeri 7 et 8 desiderantur.)

9. Commune omnibus, qui reformationi sunt adhibiti, quod coelum non consuluerunt in tabularum delectu.

10. Nihil definiunt de incertitudine astronomiae. Plane hoc est contra gravitatem dignitatemque sedis pontificiae, praecipere ea, quae praecipit calculus. (Aliud est certitudo rei, aliud certitudo calculi.) At hoc faciunt excurrentes in infinitum, quasi ita certo calculo. Oportet Ptolemaicam epocham sumere cum latitudine semihorae in Luna, nostram cum latitudine quadrantis. Hinc annis 1500 variatur proemptosis seleniaca 45 minutis, ut cognitissima sit in medio. Annis 300 sunt $1\frac{1}{2}$ horae, annis 600 sunt 3 horae, annis 4800 est dies incertus. In Sole oportet HIPPARCHI observationem sumere cum latitudine 12 horarum, nostram cum latitudine 4 horarum. Incerti sumus de 16 horis annis 1900, die uno annis 2400. Nescibimus annis 2400, num dies 17, 18 an 19 omittendi.

11. Periodus Lunae seu proemptosis seleniaca falsa est. Annis enim ex BRAHEO 308 dies competit, ipsi $312\frac{1}{2}$ annos sumunt.

12. Falsa est et Solis periodus seu proemptosis, at non multo.

[a] loquitur *Kepler*

C 3

Emendatio calendarij veteris a Calvisio et Jöstelio perscripta

Quae de calendarij veteris emendatione Calvisius et Jöstelius Misniaei perscripsere: *D, 119; W, 116*
in ijs ille summum ingenium, iste summam industriam demonstrasse videntur. Etenim si ab ijs partibus, quas in Romano imperio Protestantes appellamus, ulla correctio calendarij attentari potest, quae a reprehensionibus Gregorianam emendationem insequentibus libera sit: vix ea alia methodo suscipi poterit, quam eâ, quam Calvisius in plerisque, secutus est. Vicissim, si Calvisianam calendarij formam sequi velimus: vix ex illa ullus sequitur error, quem non Jöstelij laboriosa et circumspecta diligentia praeviderit et detexerit. Utrumque sua laude dignissimum judico. Interim vitio mihi non dabitur, si utriusque me sententiae arbitrum rogatus interposuero. Hoc ut commodius faciam, calendarij negocium in tria capita distribuam. Etenim in calendario tria ista insunt, anni quantitas politica, festa ecclesiastica mobilia, festa fixa.

Incipiendum autem cum ipsis, a festis mobilibus. Cum enim, Christus homo factus, invenerit apud contribules suos Judaeos non Romanum Julianum solare calendarium (licet Romanis paruerint Judaei) sed lunare syromacedonicum; aut certè, quantum ex Epiphanio colligitur, peculiari nomine Judaicum, comprehensum cyclo annorum octoginta quatuor: festa etiam Judaica se'cundum Lunam cum reliquis Judaeis celebravit; *W, 116v*
ultimoque paschate praedicationis suae, Lunâ decimâ quartâ politicâ, instante agni ceremoniâ, cruci suffixus et passus est, die Veneris, uti nos appellamus, et sequente Luna XVI ex mortuis resurrexit, feria prima post Sabbathum, quam ex eo diem dominicam ultima nominavit antiquitas. Tradunt Epiphanius et alij, diem fuisse VIII Cal: Apriles, seu 25 Martij anni Juliani 76, quod in supradicto Judaeorum cyclo fieri facile potuit. Nimium hac in re Calvisius, Jöstelius, ' et reliqua modernorum turba, credunt astro- *D, 119v*
nomiae, eo loco et tempore, ubi astronomiae locus non fuit magis quam hodie in calendario seu veteri seu novo Gregoriano Lunae locus relinquitur. Ex hac confidentia frustra affirmant, Christum passum 3 Aprilis Juliano 78 biennio postquam verè passus est. Sed haec extra res. Igitur Apostoli Christi et tota primitiva ecclesia, cujus primitiae ex Judaeis colligebantur, diem passionis et resurrectionis Christi anniversarium continuatione vetustae de paschate ceremoniae, religiosè celebrarunt. Extitit autem in primo statim exordio dissimilitudo haec, ut Judaei Christiani facti et cum ijs Christiani, ex ethnicis, orientis incolae, illorumque Apostolus Joannes, Ephesi episcopus, pascha lunare celebrarent; cum in toto oriente calendaria lunaria ex veteri Macedonum instituto (quibus Romani successerunt) in usu essent: Contra gentes Romano ' imperio subjectae, *W, 117*
quae occidentem incolebant, pascha secundum calendarium Julianum observarent, celebrarentque in VIII Cal. Apr: perpetuo: quod eo die Cal: Juliani (cujus tunc centesimus jam annus instabat). Christum resurrexisse ex actis Pilati, Romani praesidis, rescissent. Gliscente dissidio, res tandem in apertas contentiones erupit; nondum, quod mirum, cessantibus omninò persecutionibus. Adeòque factionibus indultum est, ut res non indigna visa fuerit concilij Niceni, imperatorisque Constantini curâ.

Congregaverat paulo ante Theophilus synodum in Caesarea Palaestinae: quod tunc adhuc apud episcopos, qui Christi erant conterranei, hujus negocij conficiendi resideret authoritas. In ea decretum erat, ex Paschate Judaico, faciendum pascha Christianum, celebrandumque, non quâcunque feriâ Luna XIV incidisset, sed feria primâ post Lunam XIV, hoc est dominica die in memoriam resurrectionis domini et praeterea post aequinoctium: Cum autem non omnes ubique gentium Christiani, provincialis synodi

decretis parerent, tandem in generali synodo Nicenâ, operâ CONSTANTINI pax coiit, decretumque ut pascha celebraretur prima XV Lunâ post aequinoctium, quod tunc erat XII Cal: Apr: si illa Luna incidisset in dominicam sin minus, dominicâ proximè sequen-
D, 120 te. ' Etsi verò verba scriptorum, qui de hac re testantur nonnulla ita sonant, ac si de plenilunio quod in caelo contingit, deque aequinoctio caelesti, et similibus alijs, quae
W, 117v momenta sunt indivisibilia, non verò de diebus integris, quibus isti tituli ' aequinoctij, plenilunij, Lunae XV et similes imponerentur, sermo esset: constat tamen in eadem synodo datum esse negocium certis personis, ut Enneadecaeteris conscriberetur, huic paschatis negocio accommoda; quam scimus nihil aliud esse, quam calendarium lunare; hoc est tale quod omissis scrupulis et horis, dies integros contineret, omnes quidem incipientes a vespera, quando Luna, si praesens est, lucere incipit; eoque omnes dictas lunas, et à numero dierum aetatis Lunae, denominatas. Cum autem Enneadecaeteris jam pridem fuisset in usu, eamque nationes singulae a sui anni initio computare consuessent, Macedones a Martio vel Aprili, Romani a Januario, Ægyptij ab Augusto: fieri non potuit, quin etiam num post concilium Nicenum dissimilia apud diversas gentes agerentur paschata, et ex dissimilitudine existerent contentiones. Itaque post annum Christi quingentesimum demum, restituto imperio Romano per orientem, occidente verò antiquitus in Juliano calendario acquiescente finis controversiarum fuit; tunc DIONYSIUS EXIGUUS, abbas cyclum Aegyptiacorum seu Alexandrinorum Christianorum adscripsit calendario Juliano. Adscriptio dicta fuit veteri nomine aureus numerus: cujus indicia duo, 1. quod in triginta diebus mensis alicujus non plures 19 occurrunt aurei numeri, et sic dies undecim carent aureo numero: 2. quod deorsum crescunt per octo. Nam post 3 sequitur 11, inde 19 etc.

Continet hic aurei numeri cyclus actu quidem solos 19 annos, potestate vero 76: propterea quod in calendario Juliano, ratio bissexti non absolvitur cum aureo nec in 19, nec in bis 19 hoc est 38, nec in 57, sed demum in 76 annis. Quod si in 76 annis Sol et Luna praecise ad pristina redirent initia; nulla ex eo tempore extitisset in ecclesijs
W, 118 Romano quondam imperio subje'ctis neque dissimilitudo festi neque contentio super
D, 120v eo. Nam etsi cyclus iste (eo quod ad Julianum calendarium violenter affi'xus est, cum naturâ liber esse debeat) annis non paucis Lunas suas, quibus certi dies denominantur, a Lunae phasibus cognominibus abstrahit: quia tamen alijs annis easdem ijsdem etiam restituit, nemo extitisset ejus accusator. Sed quia post 76 annos Julianos Sol horas 13° plus, Luna horas paulò minus 6°, ultra periodos integras confecit; efficitur multiplicatione periodorum, quarum ad 16 inter concilium et nos intercesserunt, ut hodie Sol redeunte eodem anni Juliani die, decem dies ultra integras periodos, Luna dies 4 et 5 ultra integras periodos adjecerit. Itaque tot diebus fallit hodie nostrum calendarium Julianum in aequinoctio indicando, aureus numerus in phasibus Lunae indicandis. Cum igitur hi errores eousque excreverint, ut propter eos, in paschate celebrando valde longè a canonibus Nicenis cogamur recedere: tandem bellis per occidentem utcunque vel compositis vel dilatis, florentibusque Christianorum rebus, (dum Hispaniarum reges, Indicis opibus suffulti, magnam Europae partem imperio, caeteros metu retinent) pontifices Romanos, caeterosque Europae episcopos cura incessit errorum tollendorum, quos ipsa temporis longinquitas attulit.

Quare ut porrò pascha rectius celebraretur, intra tamen terminos, a Nicena synodo descriptos in typo anni Romani; exempti sunt dies illi decem, utque et futuris temporibus prospiceretur: statutum, ut singulis cyclis quadringentorum annorum tres alij, in tribus primis centurijs eximerentur. Hac ratione crediderunt prospectum esse motui Solis. Pro Lunae erroribus corrigendis, uno ictu aureos numeros in solidum praeciderunt a
W, 118v diebus calendarij Juliani, proque ijs cyclum triginta epa'ctarum, unitate decrescentium reposuerunt ad dies mensium, ut sic nullus relinqueretur vacuus. Ut vero sciretur, quae

anno quo valeat epacta, non suffecit cyclus earum per 11 crescens quin etiam cyclum aurei numeri per unitatem crescentis in annos singulos accerserent in subsidium (licet ex calendarij typo rejectum) ut sic hoc collegio cyclorum alijsque non paucis praeceptionibus et cautelis, erueretur justa cujuslibet anni epacta.

Haec occasio, haec forma et ratio emendationis Gregorianae: quam CALVISIUS et JÖSTELIUS multorum errorum, qui etiamnum contingant in celebratione paschatis, ream agunt nec immerito, nec diffitente CLAVIO propugnatore, nec etiam sine exemplo temporum Nicenorum. ' CALVISIUS vero novi consilij author, ut effugiat hos errores, non *D, 121* cyclum tantum aurei numeri, cum pontificijs abrogat, sed ipsum etiam epactarum, adeoque omnes alios cyclos respuit, proque ijs ipsam genuinam astronomiam nobis proponit sequendam. Quod dum facit, plus ad Niceni concilij decreta aperta respicit, quam ad DIONYSIUM ducentis annis posteriorem, plus verba sequitur authorum qui de concilio testantur, quam exemplum eorum qui decreta concilij facto expresserunt, recenti adhuc concilio. Ex hac itaque consideratione potissima controversia inter CALVISIUM et JÖSTELIUM dirimitur. Negat CALVISIUS pascha recte celebrari ea die dominica, in quam incidit plenilunium, differendum enim in dominicam sequentem. Verè negat, excepto solo initio illius diei. Concurrant enim in idem momentum, et plenilunium et initium dominicae, idque mense primo, hic dominica haec, plenilunium initio attingens, reliquo tractu imme'diatè sequens, omnino pascha continebit, si verba authorum de *W, 119* motibus caelestibus, uti sonant, accipiantur. Sin autem ante plenilunium incipiat dominica, sequens dominica erat pascha. Rectè itaque CALVISIUS. At contra verè et JÖSTELIUS, [1]pascha celebrari posse plenilunio etiam caelesti, sed hoc[1], concessâ ipsi suâ hypothesi, concilij scilicet decreta intelligenda non de phasibus caelestibus eorumque momentis, sed de diebus integris alicujus calendarij lunaris. Nam quia mensis naturalis habet dies $29\frac{1}{2}$, dimidium erit $14\frac{3}{4}$. Quod si incipias hos $14\frac{3}{4}$ a novilunio, tunc Luna XV incipit $\frac{3}{4}$ hoc est 18 horis ante plenilunium ordinariè, et sic continet Luna XV plenilunium. Lunâ verò XV licet celebrari pascha, plenilunio igitur. Et verum est ordinariè, quod dicit JÖSTELIUS, plenilunij diem esse Lunam XV, non verò verum nisi extraordinariè, quod dicit CALVISIUS, plenilunij diem esse Lunam XIV. Sed propiùs ad CALVISIUM revertar: Et difficile quidem est definire, uter rectiùs faciat; num, qui ad verba authorum, an qui ad exempla imitatorum respicit. Nam pro verborum sensu, et pro ipsa genuina astronomiâ facere hoc videtur, quod cyclum nullum innuunt canones: ac etsi, qui concilio fuere proximi, quive ab ipso concilio instituti ad hoc opus, ij cyclum condiderunt: tamen si tunc astronomia vel nota vel consueta hominibus, ut hodie, fuisset, videntur ij ipsi potius amplexuri fuisse astronomiam, quam cyclum politicum. Hodie igitur, postquam innotuit astronomia, omninò videmur aut omni correctio'ne abstinere, aut cum CALVISIO ipsam astronomiam amplecti debere. Haec igitur pro sententia CALVISIJ speciosè: quae verò in contrarium perpendenda, postea sequentur. *D, 121'*

Jam videndum, si omninò conclusum sit, cor'rectionem suscipere astronomicam: an *W, 119'* ea rite sit peracta à CALVISIO. Hic igitur à JÖSTELIO CALVISIUS non immerito arguitur, quod ex parte quidem Lunae astronomicam subtilitatem sit amplexus, ex parte verò Solis et aequinoctij adhuc haereat in politica diej denominatione: dum aequinoctij nomen adscribit certo alicui diei anni Romani tropici, vel saltem certo et stato momento diei; contra fidem caelestium motuum, qui aequinoctium sistunt in omni diei horâ. At si plenilunium ipsi non est integer dies sed momentum indivisibile, ut certè est, debuit et aequinoctium non dies esse sed momentum in die liberum. Definisset igitur hunc primum mensem cujus momentum plenilunij medij ad unguem jungitur momento aequinoctij, vel id quam proximè insequitur. Ita multis erroribus, quorum a JÖSTELIO non

[1-1] *Hinzufügung W; übernommen in D*

immeritò reus agitur, supersedisset. Secundò ut rectè ad meridianum Jerosolymitanum suam noviluniorum tabulam accommodat: ita tam ipse quam JÖSTELIUS etiam diei initium, non mediam noctem, sed vesperam debuerunt accipere. Etsi JÖSTELIUS in fine hoc ipsum comprobat. Argumenta sunt multa. Primum verba authorum hoc innuunt. Deinde pascha festum est Judaicum ad Lunam agitur more Judaico, non ad solarem annum, quidni igitur a vespera incipiat. Tertiò dies calendarij lunaris appellantur Lunae, incipiunt igitur quando Luna praesens lucere incipit, hoc est, vesperi. Quarto omnia fere Christianorum festa, perinde ut Judaeorum incipiunt a vigilijs, et nominatim ipsum pascha. Igitur et CALVISIUS suis diebus festis initium sumat a vesperis. Hoc pacto, si coincidant plenilunium, aequinoctium et hora sexta vespertina aequalis Jerosolymis instante
W, 120 die dominico; pascha ab illo momento debet ' incipere. Ubi medium est meum initium diei inter CLAVIJ, qui meridiem antecedentem, et inter CALVISIJ et JÖSTELIUM qui mediam noctem antecedentem pro initio diei habent, ubi ego vesperam antecedentem. Tertium, quod melius esse potest in tabula CALVISIJ, est hoc, ut pro novilunijs plenilunia ponantur, ut additione non sit opus. Nam plenilunia sunt in hac methodo termini paschales. Quartò, quia aequinoctium spectare debemus, idque verum non medium sit (verum
D, 122 enim aequinoctium fuit Nicenis 21 Martij, cum medium ' esset biduo post) omninò nobis insinuari videntur motus veri: quorsum quidem et verba authorum, qui de concilio scripserunt, nos invitant. Etenim si cyclos politicos deserimus ob discrepantiam a caelo, deserendos alius motus medios clamitabit, ob discrepantiam à veris. Omnia quidem argumenta sunt communia. Et habent veri motus defensorem STÖFFLERUM celeberrimum astronomum. Quod si omninò in Luna motus medios retinemus, exemplo omnium gentium qui lunari anno utuntur: tamen hoc nobis cavendum videtur, ut plenilunio pascali addamus horas quatuor ut sit oppositio motus medij Lunae cum motu verò Solis, quem consideramus in die aequinoctij inveniendo: ne simul et verum et medium Solis motum consideremus, illum propter aequinoctium, hunc propter plenilunium. Etsi argumentum ab exemplo gentium omnium, qui lunari utuntur anno, nos non tam ad me-
W, 120v dium Lunae motum dirigit[a], quam ad cyclos politicos. ' Sed de hac ratione investigandi pascha per cyclos postea iterum agam. Haec igitur quatuor si CALVISIUS in sua tabula mutaverit; errores a JÖSTELIO objectos partim effugiet, partim diluet et pro non erroribus defendet. Et tantum quidem de festis mobilibus.

Jam patet nobis transitus ad ipsam dierum exemptionem ex calendario Juliano. Quod si praestat id CALVISIUS, quod primo loco petij, nimirum si inquirit aequinoctium vel in anno Juliano vel quocunque alio, idque vel hodie calculo Tychonico, vel olim etiam accurata observatione: jam liberabitur necessitate eximendorum dierum ex Juliano. Ubi omnino subscribo JÖSTELIO, et puto ex dignitate imperij Romani esse, ut omninò in contractibus politicis, retineatur calendarium Julianum, idque in perpetuum. Nam secundo, id retinebunt astronomi, dum astronomia erit in nostro imperio, retinebunt et ipsi pontificij ad investigandum numerum dierum exemptilium. Est quippe Gregorianum ex numero relatorum, quae sine correlato, hoc est, sine Juliano, intelligi non possunt. Cur igitur id abolerent proceres imperij, quod cum ipso imperio, primoque imperatore ortum est, praesertim cum jam tritissimum sit, utrumque calendarium conjungere. E contrario infinitae existunt difficultates, si ex politico velimus facere tropicum, exemptione dierum. Nam primò, etsi verum est, si hoc saeculo 10 dies, et postea tres in tribus primis centenarijs quadringentorum annorum omittantur, annum proximè ad
W, 121; D, 122v tropicum accedere; propius etiam, si cum CALVISIO ' in annis ' 132 omittamus unum diem, et adhuc propius, si cum JÖSTELIO ut plurimum in 4, interdum tamen in 5 annis intercalaris omittatur: tamen ego, illum qui est correctissimus, Jöstelianum scilicet, omnium minimè, in usum politicum transferendum censeo, sed Jösteliano praefero Calvi-

[a] dirigunt *W u. D*

sianum, Calvisiano Gregorianum, Gregoriano denique Julianum, non invito ipso Jöstelio. Etenim si incipiamus Julianum corrigere (in quem tamen omnes gentes inde ab origine mundi vel occultè vel apertè respexerunt) correctionum finis nullus erit. Nam sicut jam Gregorium corrigit Calvisius et Scaliger Calvisium et Scaligerum idem seipsum Scaliger et Jöstelius: sic futurus est, qui et Jöstelium corrigat, et deserendum ipsum etiam Februarium clamitet, antiquam sedem bisexti, ne scilicet intercalati dies inaequalibus distent intervallis, interdum 4, interdum 5 annis.

Praeterea impossibile est praestari, quod per exemptionem dierum quaeritur, ut politicus noster annus aequatur tropico; cum ignoremus tropici veram longitudinem. Nam non adsentior Jöstelio, qui Calvisium rigidè admodum adstringit ad calculum Tychonicum. Quomodo potest longitudo a Tychone prodita, legem praescribere innumerabilibus saeculis, cum comparatione unius solius saeculi sit extructa. Non in hunc usum Tycho illam prodidit. Certè si Tychonis observata cum Hipparchi conferamus (antiquiora autem non extant) omnino in 132 annis' omittendus erit dies cum Calvisio contra Jöstelium qui in 128 annis omittit, idque in aequinoctio altero; in reliquo vero in 134 annis dies omittendus erit cum *Alphonsinis*; et denique contemperatione facta in 133 annis paulôque quid amplius cum Gregorio, dies omittendus erit. Nec obstat, quod hodie Tycho invenit hoc fieri in 128 annis. Facile Walterus cujus observationi Tycho innititur tantum peccare observando potuit, ut ejus aequinoctium in tribus horae quadrantibus incertum sit. Et praeterea olim planè in 300 annis dies fuit omittendus. Breviter anticipatio aequinoctiorum regulam nullam habet, videturque ex causis physicis turbari (ut certè tota astronomia, quod his temporibus paradoxon et inauditum est, causis suis physicis innititur) nam quae possit esse regula hic, quod ab Hipparcho per Albategnium undecim saeculis posteriorem, ab Albategnio per omnes intermedios ad nos usque anni tropici magnitudo deprehenditur aequabilis, solummodo circa Ptolemaei et concilij Niceni tempora aequinoctium sesquidie tardius, quam haec aequabilitas postulat, incidebat. [1] [1]Hic peccat Calvisius aequabilem instituens progressum aequinoctij a concilio Niceno ad nos, neglectis Albategnij temporibus aut, ut videtur, in ordinem redactis; contra connivet Jöstelius, hunc ejus errorem non detegens: aut certe audacia sumpta, negat hanc exorbitationem aequinoctij, dum id Nicenis temporibus non in 21 sed in 20 Martij fuisse affirmat, immemor Ptolemaei, qui non multo ante eandem tarditatem aequinoctij nobis prodit.[1]

W, 121v

D, 123

Denique sunt etiam causae duae ex legibus motuum etiam constantium, quibus anni tropici variatur longitudo: altera manifestior, reliqua occultior. Hodie enim, et ab anno Christi 1200 apogaeum Solis est in Cancro, et Sol aestate tardus, hyeme velox, velociter appellens ad vernale aequinoctium. Post annorum novem millia plus minus, erit apogaeum in Capricorno, Sol per hyemem tardus, tarde applicans ad vernale aequinoctium. His igitur novem annorum millibus, octo dies plus accedunt, quam alteris novem millibus secu'turis, si tamen sequentur. Altera causa est, quod ecliptica mutat sedes sub fixis, axis verò mundi constantem retinet inclinationem ad polos alicujus eclipticae mediae; quae res licet parvam, et non satis certò dimensam, aliquam tamen efficit tropicorum inaequalitatem. Sed cum subtilis sit consideratio: mitto in praesentia illam pluribus explicare. Tot causis partim occultis partim manifestis, cum varietur tropicorum annorum longitudo; quis praesumat tropicum annum, quacunque exemptione dierum, in politica tempora recipere, praesertim in multa porrò saecula, quasi constantem futurum? [2]Itaque cautè Gregorius seu ejus explicatores, exemptionem hanc relinquit posterorum curae et industriae, pro re nata emendandam.[2] Retineamus igitur, quod passim et Jöstelio placet, in numeratione dierum anni politica Julianum veterem, cujus politica

W, 122

[1-1] *Hinzufügung W; übernommen in D*

[2-2] *Hinzufügung W; übernommen in D*

quantitas cum mundo quasi incepit, cum finibus orbis terrarum in latum explicatur, ordinatio vero cum incunabulis imperij Romani invecta fuit, quem patres Niceni, licet jam translato aequinoctio, non moverunt suo statu, cum pascha ordinarent: et quo GREGORIUS ipse carere non potest.

alten vnd Neüen Calenders fortfahren, vnd wan alte ſtende freywillig ſchon zuvor von den alten ferijs gewichen, ſo würt khainer parthey mehr vnrecht geſchehen, wan ſchon die camerales auff die alte feiirtäge procedirten, ſtehet Jnen doch frey der alten feiirtäge biß auff künfftigen Reichsabſchid zuverſchonen. Fürs dritte zubedenckhen, das wan der prorogirte Reichstag auff ein andermahl in andern puncten glücklich beſchloſſen werden ſoll, es ohne das an dem Calenderpuncten nicht ervinden werde: alda es aber ein speciem Majorum Votorum haben, oder von den Bäpſtiſchen dahin gedeüttet werden möchte. Derohalben es auff diſen fall beſſer wäre, maximè praevia authoritate Caesaris, in diſem geringen werckh, ſo da gar ein ſchlechtes praejudicium auff ſich hatt, zupraevertirn, vnd majorem speciem spontaneae acceptationis zuerhalten dahin auch diß dienſtlich, das man alſo, auff das 1615te Jahr ein solennem 10 dierum exemptionem in offnem druckh ſehen laſſen khan, da hingegen in einem Reichsabſchid es vnzweiffel nur allain ſchlecht bey dem Bäpſtiſchen Neüen Calender pliben würt, darmit dan der alte nun in 30 Jahr neben dem Neüen continuirte Calender [1]als der[1] nichtig vnd vnrechtmäſſig geweſt, angegeben vnd gleichſam bey nächtlicher Zeitt ohne conduct zur erden beſtättet würde. Viertens, ob es dan, da got für zubitten, zu einer weitteren differentz khäme, [2]khönte doch hierunter[2] die abſchaffung des bekantlichen vnſtandes im alten Calender[3] ohne einigen Verdacht, als hofierte man hiermit dem Bapſt, fürgenommen[4] werden, wie deſſen ſich die Niderländer zurühmen haben. Entlich vnd abermahls zu diſem vnverhofften fall, hetten die mächtigere ſtände hiermit den ſchwächeren, als da ſeind die angräntzende ſtette, der ferien halben mehrere rhue geſchafft[5]. [1 6]Dan wan man Je[6] nit zuſamen tretten khönte, [7]würde man[7] doch auch *W, 102ᵛ*
alle vrſachen zu einer vnrhue, ſo vil müglich auß dem weg zuraumen[8], vnd ein ſchwert [9]lieber durch[9] das ander in der ſchaiden zuhalten[10] als[11] muttwillige vrſach zum vnfrid [12]zugeben oder zugeſtatten[12], bedacht [13]ſein. Darzue[13] die gleichhaitt der ferien ſonderlich in etlichen ohne das Angefeindeten Reichsſtetten ſehr dienſtlich.

Salvo judicio prudentium. [1]

[1–1] *Korr. aus* gleichſam für
[2–2] *Korr. aus* wäre es allererſt die beſte glegenhaitt
[3] *Zusatz* [mit gewaffneter Hand, vnd alſo]
[4] *Korr. aus* fürzunemen
[5] *Zusatz* [vnd vrſachen abgeſchnitten, damit nit etwa hierdurch fürnemlich demſelben das feür zu Jrem vnvermeidlichen verderben angezündet werde. [1] *(W, 102ᵛ)* Dan wa man auff einander lauret, iſt die geringiſte Vrſach gnueg zum angriff, vnd derhalben den ſchwechern vnd entlegnern glidern alwegen beſſer guet, das die Anzahl dergleichen vrſachen gemindert werde.]
[6–6] *Korr. aus* Vilmehr aber diß zubedenckhen wan man Je
[7–7] *Korr. aus* das
[8] *Korr. aus* geraumet werde
[9–9] *Korr. aus* lieber
[10] *Korr. aus* behalten, dan das man
[11] *Zusatz* [dan aber]
[12–12] *Korr. aus* gebe oder geſtatten
[13–13] *Korr. aus* wurde, das abermahl

C 9

W, 104

Fürſchlag
Wie der vngleichhaitt der feir vnd feſttägen am leichteſten vnd mit der wenigiſten veränderung des calenders abzuhelffen.

Zum Alten Julianiſchen Calender, wie der heütt zu tag in teütſchen vnd andern vmbligenden landen gebreüchig, gehören drey ſtuckh. I. Die ordnung der Monat vnd anzahl der täge in einem Jeden. II. Die Festa Mobilia. III. Die Festa Fixa.

Das erſte ſtuckh khompt von Julio Caesare her, vnd mag pliben, dan auch der Bapſt dasſelb nit abgethan, oder allerdings verendert, ſondern[1] muß ſich deſſen zum wenigiſten wegen der rechnung ſeins Neüen Calenders gebrauchen. Wie aber diß ſtuckh in politiſchen ſachen in yblichem brauch zubehalten, damit gleichwol Irer Kay: Majeſtät proposition ein begnügen beſchehe, davon ſoll zu end meldung geſchehen.

Das ander ſtuckh khompt von den Vhralten Chriſtlichen Kirchen her, vnd hatt ſein gemeſſene Ordnung erſtlich ohne anſehung des Julianiſchen Calendarij, im Concilio Niceno empfangen, Hernach aber vmb das Jahr Chriſtj 500 vnd 600, iſt es alſo im Calender durch yblichen brauch in Occident beſtelt worden wie man es noch heütigs tags hatt. Es gehört aber hierzu die Mondsrechnung, wölliche in den Julianiſchen Calender yberſetzet, haißt Aureus numerus, rhüeret zwar auch vom Julio Caesare her was den Mond anlangt, der würt nit in die gmaine Calender geſetzt dan nur allain zu eingang: Man findt Jne aber beygeſetzt, in den Breviarijs vnd Betbüchlein.

Diß ſtuckh bedarff einer doppelten Correction. Derowegen vnd damit ein ewigwehrende
W, 104ᵛ Correction möchte fürgenommen werden, hatt der bapſt ' den Aureum numerum gar abgethan, vnd dafür die Epactas in ſein Calendarium geſetzt: doch den Cyclum aurej numerj muß er zu ſeiner rechnung behalten. Weil aber die Astronomia nit ſo gewiß, das man Jr zu gefallen auff zwölfftauſend Jahr, zu geſchweigen weitter hinauß neüe Correctiones einführen ſolle: als wär nit vnrathſam, man behüelte den alten aureum numerum vnd brauchte ſich in der Operation folgender zweer Neüer cautelen, die gehen gantz vnvermerckht zue.

Erſtlich weil von Zeitten des Concilij Nicenj vnd Constantinj des erſten Chriſtlichen Kaiſer biß dato der 21 Martij alten Calenders hatt gehaiſſen Æquinoctium, vnd iſt gemacht worden pro termino citimo Lunae decimae quartae Paschalis, vnd aber heütt zu tag das aequinoctium in 10 Martij alten Calenders hin vnd her vagirt, Jetzo zu anfang bald zu end diſes tages. Alſo würt der nachfolgende 11 Martij alten Calenders nit vnbillich aequinoctium genennet, als der erſte gewiſſe tag am früeling. Soll alſo fürauß in den nechſtfolgenden ainhundert Jaren (dan Jre Majeſtät begehrt Jr lenger nit zu regieren. Hernach würt die Zeitt rath ſchaffen, vnd man würt ſehen, ob der himmel nichts neüs gebe, auff wöllichen fall auch der babſt den nachkhommen haimſtellet, mit der Correction Jres verſtands zu verfahren). Der 11 Martij alten Calenders ſein der Terminus Lunae decimae quartae citimae Paschalis.

Zum andern vnd weil der Cyclus Aurej Numerj vmb fünff tag vorſchoſſen, diſem vnſtand abzuhelffen, ſoll in den nechſtfolgenden ainhundert Jahren die regel nit mehr alſo haiſſen, Ad annos Christj adde unitatem, ſondern alſo, Ad annos Christj adde duodecim: Jm ybrigen verpleibt es bey der regel wie vor alters, scilicet, a summa abjice 19 quoties potes, residuum, vel si nihil est residuum tunc integer numerus 19 est aureus numerus annj propositj, index Lunae primae in Calendario antiquo Juliano, ut id praefigitur antiquis breviarijs.

Mit diſen zwoen Cautelen werden die Festa mobilia vnvermerckht einiger neüerung corrigirt, vnd

[1] *Zusatz* [nur allain]

man trifft durch ' diſe rechnung hundert Jahr lang (dan lenger ſollen diſe cautele nit weren) mit der *W, 105*
Gregorianiſchen Emendation an dem ſtuckh, wölliches daran nit zu tadeln iſt, allerdings zue.

Das dritte ſtuckh ſeind die Festa fixa. Die haben die Bäpſte nach vnd nach in das Julianum Calendarium geſetzt, vnd wir haben vnd halten dieſelbige von alter gewonhaitt wegen, als ein ſach ſo von Bäpſten herrhüeret. Diß ſtuckh macht die Maiſte verwirrung. Dan es gibt 24 Apoſteltäge vnd was drin anhengig. Hie iſt vnmüglich der ſachen anderſt zurathen dan auff diſe zwon wege. Eintweder alle Chriſten ſo die Reformation angenommen, müeſſen dieſelbige durch ein Neüe bemühung wider ablegen, das würt nit geſchehen. Oder die yberige, ſo den alten Calender behalten, müeſſen diſe von Bäpſten herrhüerende festa fixa wölliche der Bapſt vmb ſovil hin auff geruckht, als vil das Æquinoctium anticipirt nämlich zehen täge auß Jrem alten Calender[1] allerdings ausſtreichen, vnd dem Bapſt in ſein Neüen Calender haimſchickhen, weil ſie doch von Jme herkhommen, Müeſten alſo fürauß wie bishero alt vnd Neu Calender zuſamen gedruckht werden. Der alte ohne einigen Namen der hailigen. Der Neüe aber mit ſeinen Namen der hailigen. Man mag hernach in Jedem land mit austhailung des Jahrs in die bletter verfahren wie man will, eintweder einen völligen Monat alten Calenders, oder einen völligen Neüen Calenders in ein blat ſetzen. Nur allain, das im politiſchen gebrauch folgende regel gehalten werden 1. Jn denen orten da der alte Calender pleibt ſollen alte Politiſche tagzeitten, ſo nur allain einen gewiſſen tag im Monat, ohne anziehung eins feſtj fixj benennen, die ſprich Jch ſollen nach dem alten Calender verſtanden, vnd[2] mit hinzueſetzung des correspondirenden tags auß dem Neüen, erclärt werden: vnd alſo fort ' auff Jre täge im alten Calender gehalten werden. II. Wa aber ein tagzeitt von einem Festo Fixo den Namen hette, eintweder alſo bloß, oder mit hinzueſetzung des tags im Monat, diſe tagzeit ſoll nach dem Neüen Calender gehalten, vnd die Anzahl des tags im Monat, nach demſelben neüen Calender verſtanden, auch mit hinzueſetzung des Correspondirenden tags im alten Calender erclärt werden. III. Was aber auff Festa mobilia vertagt worden, hatt ſein richtigen weg, vnd würt gehalten nach der Corrigirten rechnung. *W, 105v*

Will man dan lieber, ſo laß man den alten Calender gar auß, ſo bedarff es der erſten regel gar nichts. Wer die 10 täg noch nit auſſen gelaſſen, der möchte ſie im Künfftigen Februario auſſen laſſen vnd vom 13 in 24 Februarij ſchreitten[3]. Dan es iſt gleich mit einführung vnſers alten Julianiſchen Calenders der brauch geweſt, das ſo offt man etwas am Calender geendert, ſolliches vor dem 24 Februarij geſchehen, wie auch noch alle 4 Jahr einmahl nechſt vor diſem tag, der ſchalttag oder bissextus einkommet. Hierzu gehört, das alle vnd Jede Calender ſo nit cum privilegio gedruckht, verpotten werden. Es gehört auch ein gewiſer Jnspector darzue. Zu verſchonung der druckher, die gmainiglich die Calender gar früe truckhen, müeſte die verordnung zeittlich verfaſſet, oder die druckher zum wenigiſten aviſirt werden, das ſie Jnnen halten. [...] '

[1] *Zusatz* [außſtreichen, theine neüe festa fixa]
[2] *Zusatz* [nach]
[3] *Zusatz* [dan auch Zu Zeitten Julij Caesaris der brauch geweſt, wan man]

III. MANUSCRIPTA MATHEMATICA

M 1 *De quantitatibus (libri I)*
M 2 *De generi magnitudinum*

THEORIA

M 1 *De quantitatibus libelli*
M 2 *De genesi magnitudinum*

M 1

De quantitatibus libelli *XXII, 5*

* Argumentum

Libro primo dicemus de quantitatibus, quatenus sunt in praedicamento quantitatis.

Libro secundo de quantitatibus, quatenus sunt in quarta specie qualitatis, nempe de figuris, earumque perfectione.

Libro tertio de quantitatibus, quatenus in praedicamento relationis sunt.

Liber I.

De disciplinis [mathematicis] theoreticis in genere. Cap. 1.

* Aristoteles libro quinto *Metaphysicorum* capite primo comparationem disciplinarum instituit talem, ut quasdam *θεωρητικὰς* dicat, quasdam *πρακτικας*: Ex quibus praestantiores ait esse theoreticas. '

Itaque contemplativas scientias postea subdividit in tres, quas hoc ordine recenset, *XXII, 5v*
* mathematicam, physicam, et theologicam. Solent itaque disputare philosophi, [utra a] quaenam ex his tribus sit praestantior? Respondendum autem est bifariam, primum cum ipso Aristotelis textu, si subjectum ipsum intueamur, utique preciosiorem esse illam, quae circa praestantissimum genus rerum versatur. Atque hoc nomine physica scientia postrema erit, theologica summa, mathematica intermedia. Nam etsi in omnium trium subjectis divinitatis plurimum existit, eodem loco Aristotelis testificante:
* tamen libro primo *Metaphysicorum* cap: 6 laudat Platonem philosophus (concessa illi per hypothesin peculiari doctrina sua de ideis), quod inter ideas et sensilia medio ' loco *XXII, 6* interesse mathematica statuat, quae a sensilibus eo differant, quod sempiterna et immobilia sint, ab ideis verò sive speciebus, quod seipsis hae singulae unum quid solummodo sint, mathematica verò multa et sibi similia. Ex quo loco colligimus id quod pas-
* sim alibi Aristoteles inculcat subjectum mathematices intermedio loco esse inter subjectum physices et theologiae sive metaphysices. Nam metaphysicus simplicissime subjectum suum causa essentiae considerat, quatenus se ipso subnixum aeternum et motus expers id est: mathematicus verò suum considerat subjectum causâ quorundam accidentium quae subjecto illi seorsim competunt[a], non quatenus id [tot] simpliciter ens aliquid, sed quatenus quantum est. Considerat tamen id nihilominus quasi aeternum, motus expers, et generale, abstractum a sensilibus. At physicus subjectum suum causa motus considerat, quidque illi quatenus movetur, accidat. Quo nomine ' et ad sensilia pro- *XXII, 6v*
pius accedit et caducum atque fluxum efficit. Cum itaque hoc primò respectu sit mathematices subjectum medio loco inter reliquarum theoreticarum subjecta, eodem etiam loco censebuntur ipsae scientiae.

* Deinde si amplitudinem subjectorum consideremus, metaphysica praestat omnibus quia subjectum habet quod omnem praedicamentorum amplitudinem superat, pervagatur et complectitur, ens namque est unum ex transcendentibus. Physices verò et mathe-

[a] competuntunt *Kepler*

matices subjecta quantum ad singularia et sensilia in quibus utraque inhaerent, motus et quantitas, propemodum[a] aequali sunt amplitudine.

Tertiò sin eam dicemus praestantiorem scientiam, quae certioribus nititur demonstrationibus (scientia enim [est] ex demonstrationibus oritur), rectissimè dicemus ab *
XXII, 7 Aristotele supra citato loco ma'thematicen primo loco collocatam eò quod omnium perfectissima est scientia. Hoc [quamvis] passim inculcat Aristoteles, quoties aliquid, ad scientiarum omnium certitudinem faciens, ex quantitatibus primum desumi, et caeteris rerum generibus accommodari dicit. Sic lib: 10 *Met:* cap: 1. Maximè verò, inquit, *
quod mensurae est esse, id primum esse est in quolibet genere, et proprijssimè in quantorum genere. Indidem enim et in alia genera manavit. Mensura namque est, quâ quantum quid sit, cognoscitur, et probat unum esse quantorum mensuram, inde subjungit. [Ex] Inde verò etiam in alijs mensura dicitur id, quo primo quodlibet cognoscitur, et cujuslibet mensura est unum.

Quod autem tam evidentes sunt in mathematis demonstrationes, causae sunt aliquot, prima, quia demonstrationes ferè oculis subjici et ad vivum depingi possunt, ut ita et oculis et ratione uti possimus in comprehensione demonstrationum. Et hoc conducit ad
XXII, 7v facilitatem, et infal'libilitatem, quae non est in caeteris scientijs. Nam quo pacto agens vel patiens vel calor aut frigus depingeretur. Altera et potissima causa est, quia principia demonstrationum connata homini pleraque de quantitatibus sunt primò accipienda, ut totum majus sua parte esse, inter se esse aequalia, quae eidem etc: *

Nam etsi Aristoteles libro 3 *Met:* cap: 3. Contemplationem horum principiorum ad *
metaphysicam revocat eaque communia facit omnibus scientijs, [tamen idem alibi se explicat, quod hoc de usu intelligendum originaliter verò ex quantitatibus illa oriantur.] tamen res ipsa indicat, quod loquatur de logicis principijs, quae crebro adhibent geometrae, et cum dicunt, idem et esse et non esse impossibile etc. Verba ejus haec sunt. Manifestum autem est unius esse scientiae, et ejus quidem, quam habet summus philosophus (sive metaphysicus) considerare mathematica axiomata. Sunt enim illa in rebus omnibus, et non in unò aliquo genere peculiariter seorsim ab alijs. Et utuntur ijs omnes, qua[b] sunt entis ipsius, quatenus ens, non verò quatenus hoc vel illud genus rerum est.
XXII, 8 Tant[isper]um autem utuntur ijs, quantum sufficit, hoc est, quantum comple'xa sunt genus illud rerum, quo detexunt demonstrationes. Itaque cum perspicuum sit, quod quatenus entia rebus omnibus competant ([haec enim illarum est com] in hoc enim consistit illarum communitas), [erit] pertinebit itaque contemplatio illarum ad eum, qui ens, ut ens tractat. [Itaque] Proptereà fit, ut nemo eorum qui ad partem philosophantur conatur de his aliquid dicere, verane sint necne, neque geometra, neque arithmeticus, sed quidam physicorum jure hoc faciunt. Soli namque existimabantur et de tota naturâ et de ente speculari. Hactenus Aristoteles de communissimis principijs. Sunt verò ut supra dicere coepi principia quaedam [geometrorum] mathematicorum specialiora non pauca, quae communi lumine naturae cernuntur nec demonstratione *
indigent, quaeque primariò de quantitatibus sonant, post rebus alijs adhibentur, quatenus communicant illae nonnihil quantitatibus. Et horum principiorum plura sunt in mathematica quam in alijs contemplativis scientijs, propter ipsam intellectus humani naturam, quae videtur talis esse ex lege creationis, ut nihil nisi aut quantitates, aut per quantitates perfectè cognoscere possit. Itaque fit ut certissimae et indubitatae sint mathematicorum conclusiones. Atque hoc nomine praestantior caeteris est mathematicus.[1]

[a] propemmodum *Kepler*
[b] quae *Frisch*

De subjecto mathematices ejusque *εξ αφαιρεσεως* consideratione. Cap: 2. *XXII, 8v*

Etsi [ex dictis] in praecedentibus satis multa de subjecto hujus scientiae dicta sunt in genere: Tamen res ipsa requirit, ut hic objectioni alicui respondeamus. Dictum enim est supra, mathematicen jactare [suum] subjectum universale, hoc est aeternum et immobile. At [videmus] quotquot nos in rebus quantitates cernimus, illae singulatim intereunt cum rebus, ergo subjectum [habebit] faciet sibi mathematicè aliud, quam has in sensilibus quantitates. Eritque [itaque] fictitium quiddam, et imaginarium, cui nihil rei subsit: Cujusmodi quantitates confinxerunt quidam ex veteribus philosophis. [Ad hanc
* 10 objectionem respondet] ARISTOTELES quoque 13 *Met:* cap: 2. probat res mathematicas, nullo modo esse separatas a sensilibus, et reprehendit hoc nomine veteres qui haec absurda confinxerunt. At qui mathematica dicunt aeterna et immobilia esse, et talia, de quibus universales certissimae et *ἀμεταχίνητοι* demonstrationes haberi possint, omninò fingere videntur, mathematicas res ' esse separatas a sensilibus. Ad hanc dubitationem *XXII, 9*
* respondet ARISTOTELES eodem 13 *Met:* c: 3. his penè verbis.

Nam sicut contingit in mathematis, ut universale quid demonstretur de magnitudinibus, a quibus numeri separati non sunt: attamen sic de magnitudinibus demonstretur ut mente jam removeamus respectum numerorum: eodem modo dubitari non potest, quin fieri possit, ut sint etiam de sensilibus magnitudinibus enunciata et demonstrationes
20 aliquae, non quatenus sensiles, sed quatenus hoc sunt, quod dicuntur (puta magnitudines)[, et quatenus aut corpora solummodo, et amplius quatenus tantummodo lineae].

Quemadmodum enim multa de rebus praedicantur, quatenus illae tantummodo mobiles, seposita singulorum essentiae accidentiumque consideratione: neque ideo necesse est, id quod voce mobilis exprimitur separatum quid esse a sensilibus, aut statui [talem] naturam quandam [suis circumscriptam] determinatam in sensilibus inesse: [ita] Eodem plane modo etiam de mobilibus ' multa dici possunt, et scientiae constitui, non *XXII, 9v*
quatenus mobilia, sed quatenus aut corpora tantummodo mathematica, aut quatenus plana, aut quatenus lineae, aut quatenus numerus. Itaque si verum dicere velimus, non tantum ea quae separari possunt, existunt, sed etiam quae non possunt, puta, et mobi-
30 lia, et mathematica et omnia hujusmodi. Et paulo post: In geometria, cum agitur de [sensilibus non quatenus] his rebus, quibus accidit, ut sensilia sint, agitur verò de ijs non ut sensilia: ex hoc non sequitur aut nihil agere mathematicas scientias de sensilibus, aut non agere de sensilibus seorsim, quasi alia separata sint.

Multa namque accidunt rebus hujusmodi per seipsas, quatenus quaelibet harum existit. Aliae namque sunt animalis affectiones, quatenus mas, aliae quatenus femella. Neque tamen vel mas, vel femina separatum quid est ab animalibus. Sic itaque etiam rebus multa accidunt, quatenus aut tantummodo longae, aut tantummodo latae. Et quo magis de prioribus et simplicioribus agitur, hoc major evidentia erit. Exempli cau'sa, [majore] *XXII, 10*
simplicius considerabimus res sine magnitudine, quam cum illa, praecipuè verò sine
40 motu. Et motum ipsum si consideremus [simplicissimè igitur] tum maxime primum motum. Et ex primò motu simplicissimus, qui aequalis est. Eadem est ratio harmonices et optices. Neutra enim suum subjectum, quatenus id aut radius visivus, aut vox est, considerat, sed quatenus illud linea est, haec verò numerus. Non enim contemplatur neque [illa] haec radium visorium, nisi quatenus linea est, neque illa vocem, nisi quatenus numerus. Hae enim sunt illorum genuinae affectiones. Sic et mechanice. Itaque si quis de talibus agat tanquam de separatis ab alijs accidentibus, et quatenus talia sunt, is in nullum propterea errorem incidet, sicut neque tunc cum in tabula lineam pingit, eamque pedalem esse praesupponit, cum tamen pedalis non sit.

Tum demum autem optime quidlibet contemplabimur, si quod non est separatum,
50 ponemus separatum, ut faciunt arithmetici et geometrae. Et haec exemplo illustrat. Inde

subjungit. Itaque rectè faciunt geometrae, et de entibus disputant, et entia sunt illa. Duplex enim est ens, unum actu, alterum materialiter. Lib 2. *Phys:* C: 2. extat locus * similis. Dicendum in quo differat physicus a mathematico. Nam corpora naturalia habent planities, et soliditatem et longitudinem et puncta, de quibus agit mathematicus. Sic et illud quaeri potest astronomia an sit pars physicae an diversa scientia. Nam si pertinet ad physicum, scire quid sit Sol, quid Luna, non absurdum etiam illa scire, quae illis per se accidant. Idque cum aliâs, tum quia videmus dicere physicos, etiam de figura Solis et Lunae, atque etiam, an rotunda sit terra et mundus necne. Itaque agit quidem mathematicus de his, sed non, quatenus sunt singula corporis naturalis [accidentia] termini, neque etiam accidentia considerat, qua[tenus] accidunt illis, quàtenus talia, enim naturalia sunt, quare etiam separat. Nam quae ad motum pertinent, mente separari possunt, et nil [refert] incommodi sequitur, nec errore laborant qui separant. Hoc clare cernitur in illis mathematicis sci(enti)is, quae propiores sunt physicae, ut in optica, harmonica, astrologia. Reciprocantur enim quodammodo cum geometria. Verum geometria agit de physica linea quidem, at non, ut est physica; sed opticè mathematicam habet lineam, non quae mathematica, sed quae physica. [1]

XXII, 10ᵛ

Cap: 3.
Quid sit quantum.

Eorum, inquit ARISTOTELES in *Categorijs*, quae sine complexu efferuntur, quodlibet, * aut substantiam, aut quantum aut relatum etc. significat. Quo innuit philosophus, quanta constituere unum ex decem summis rerum generibus, quorum cum novem sint ex numero eorum quae seipsis non subsistunt, sed *ὁλικως* materialiter sive per inhaesionem in alio: primum inter ea locum obtinet genus quantorum. Quod enim priora quanta sint relatis praedicamentis id per se perspicuum est. [Quod etiam quanta species qualitatis. Quod etiam qualitates sint posteriores.] Quod verò etiam in congenitis substantiae affectionibus primum locum obtineat quanta inde patet, quia ubicunque sunt qualitates, ibi sunt et quantitates, non contra semper. [Ampliusque materia prior est qualitatibus, at quantitates sunt materiae indi ⟨...⟩ soboles certissima] Quid verò sit quantum ex jam dictis patet nonnihil, sc: quod sit accidens substantiae primarium. ARISTOTELES in *Categorijs ὡς ἐν τύπῳ* explicat, ut exempli gratia bicubitale, tricubitale, sed lib: 4 *Met:* c: 13. Quantum ait, est id, quod dividuum est *εἰς ἐνυπάρχοντα*, in partes, quae in toto * insunt; quorum aut alterum, aut singula apta nata sunt, ut sint et dicantur unum quid et singulare (*τοδε τι*), quibus verbis describit res quantas, non ipsas quantitates. [1]

XXII, 11 Veteres philosophi considerantes numerorum et magnitudinem et amplitudinem, * cum nihil esset in toto universo ijs expers, definierunt quantitates esse rerum principia * feceruntque ideas separatas ex ijs: quos copiose refutat ARISTOTELES in *Metaphysicis.*

Propriissimè verò loquendo quantitatis in genere definitio nulla dari potest, 1. Quia est summum genus, 2. quia vox *ὁμώνυμος*. Itaque prius est partienda in sua significata, post singulis suae definitiones, si quae sunt, assignandae. [1][Ad cuius descriptionis intellectionem facit explicatio partis, dum enim dicit *εις ενυπαρχοντα*, idem est ac si diceret in partes, cujusmodi vocum genera etsi negat ARISTOTELES 3 *Met:* c: 2. a Geometra * consideranda, nisi ex hypothesi, (hoc est, nisi ut illa tanquam certa et nota praesupponat) quia tamen hoc primo libello agimus de quantitatibus, non abs re erit, et illa explicare.

Pars igitur refertur inter transcendentia, quae omnibus praedicamentis sunt communia, et tamen maximè in quantorum genere intelligitur, videturque ex ijs esse, quae ex hoc genere in reliqua emanarunt per analogiam, ut primario in quantorum genere sit et

[1] *Tilgung bis Textabbruch auf Bl.12ᵛ*

a quantis veluti quaedam proprietas de'pendeat. Itaque descriptio tantum haec est, cum ait quantum esse dividuum in suas partes inexistentes. Nam si quaeratur ex ARISTOTELE, quid sit pars inexistens, respondebit ARISTOTELES lib: 4 *Met*: C. 25, esse id in quod quantum quodcumque dividatur, quae prima significatio vocis pars est, respondens huic descriptioni quanti. Illa porrò paulo alia est, qua respondet toto. Cum describitur, quod sit aliquid in quod dividitur aliquid, et ex quibus totum constat. *XXII, 11v*

Cap. 4.
Divisio quantorum.

Quantorum itaque quaedam sunt per se et proprie, quaedam per accidens. In *Cat.* et 4 *Met*: 13. De quibus postea. Per se quantorum alia sunt *τῷ εἶναι*, ipsâ suâ essentiâ quanta, in quorum definitione inest particula quantum. Aliqua sunt huius essentiae affectiones *παθη και ἑξεις* 4 *Met*: 13. De quibus etiam postea.

Eorum autem quae suâ essentiâ quanta et dividua sunt duo summa genera constituuntur, discretum et continuum. In *Cat:* quae 3 *Phys*: cap: 5 *πλῆθος καὶ μέγεθος*, multitudo et magnitudo dicuntur. Et 7 *Ph:* cap: 2. omnis magnitudo continua dicitur,' utrumque verò et discretum et continuum *ως εν τυπῳ* crassiori Minerva describit, in *Cat:* discretum, inquit, est ut: Numerus et oratio. Continuum verò ut linea superficies, corpus. *XXII, 12*

Neque frustra est, quod primo loco discretam quantitatem ponit, secundo continuam. Nam ut lib: 1. *Metaph*: cap. 5 dicit, inter res mathematicas numeri natura primi sunt. Et 5 *Physic:* 3 cap: numeri sunt etiam *λόγῳ* definitione priores.

Definiuntur autem quantitas discreta et continua oppositis differentijs. Numeri enim non habent communem terminum ad quem copulantur ejus partes. Exempli gratia quinque, si sunt pars de decem: non copulantur ad ullum communem terminum haec quinque et illa quinque, sed semper sunt disterminata. At in continuo potest continuus sumi terminus, puta in linea punctum, ad quod partes ipsius coeant et copulentur. ARISTOTELES in *Categorijs.* Quod libro 7. *Physicorum* cap: 1 profundius explicat his verbis. Continua sunt, quorum extrema unum sunt, sive uniuntur, et clarius lib: *ε Ph:* 3, *ζ Ph:* 1. Continuum est in his, ex quibus potest unum contactu fieri. Nec multum discrepat ab his, quod numerus de' finitur alibi – multitudo individuorum, vel multitudo unitatum, vel aliquot una, vel dividuum in individua. Continuum verò, dividuum in semper dividua, sicut magnitudo, quae semper in magnitudine est dividua, hoc est, in infinitum usque semper dividua. *XXII, 12v*

Adduntur in *Categorijs* et hae differentiae, quod numerus constat ex partibus quae non habeant situm ad invicem, sed potius ordinem, magnitudo verò ex ejusmodi partibus quae situm aliquem habent ad invicem. Divisio quantorum. Definitio { numer. / magnit.]'

Cap: 4. *XXII, 13*
Divisio quantitatum.

Libro *δ Met:* c: 13, postquam definitionem quantitatis posuit ARISTOTELES, subjungit hanc divisionem. Quaedam inquit sunt per se quanta ut linea etc., quaedam per accidens. Nam respicientes ad haec, caetera quoque quanta dicimus, ut multam albedinem.

Et quae per se quanta, eorum aliqua secundum essentiam talia ut linea, quia in definitione lineae inest particula quantum. Aliqua hujus essentiae affectiones et accidentia sunt, *πάθη καὶ ἕξεις*, cujusmodi sunt multum paucum, longum breve, latum angustum, profundum humile, grave leve, et similia. Sic magnum et parvum etc.

Eorum autem quae per se quanta sunt, duo summa genera in *Categorijs* constituit philosophus, discretorum sc: et continuorum [,quorum illud *πληθος* multitudinem,

hoc *μέγεθος* magnitudinem appellitat *γ Ph:* c. 3. *δ Met:* c: 3 et passim, continuum pro *
XXII, 13v [numero] magnitudine usur'patur, atque eodem sensu *γ Ph:* cap: 2. Omnis magnitudo continua esse affirmatur.

Utriusque contra se distinctionem et definitionem cum generali quantorum descriptione supra positâ connectit philosophus *δ Met:* 3. Multitudo inquit est, si quid potentiam habet, ut dividi queat in non continua, magnitudo verò, si in continua dividatur. *

Huc referendae sunt aliae et *συνωνυμοι* descriptiones, ut cum multitudo lib. *μ Met.* 9. *
Magnitudo].

In *Categorijs* autem accuratius definit, quid continuum, quid discretum. [Continuum *
enim] Discretum, inquit, est quod non habet communem terminum ad quem coeant 10
partes ejus. Ut si quinque sint pars denarij, quinque et quinque, septem et tria nullo communi termino coibunt et copulabuntur.

Continuum verò est, quod habet communem terminum, ad quem, ut in linea ad punc-
XXII, 14 tum, ' partes ejus copulentur.

Passim autem in *Physicis* ARISTOTELES de continuis agit, et definitiones affert, quae ab hac nonnihil discrepant, etsi etiam cognatae sint huic. Ut cum lib. *ε Ph:* c: 3, et *ζ Ph:* *
cap. 1. Continuum ait in his locum habere, ex quibus possit unum contactum fieri. Et aliter: Continua sunt, '[1]quorum utriusque extremum unum et idem fit, quibus contigua sunt, et cohaerent.[1] Quibus locis definit continua, non continuum, et indicant, quomodo duo continua inter se fiant, non quomodo unum suis partibus continuum sit. 20

Additur[a] in *Categorijs* et haec divisio, quod [continua] quaedam constent ex parti- *
bus, quae ad invicem situm quendam habent ut linea, quorundam[b] verò quantorum partes nullum habeant ad invicem situm, ut in tempore.

Denique videtur inter [primarias] ea etiam quae per essentiam quanta dicuntur, hoc
XXII, 14v cadere discrimen, quod quaedam sint primaria, quaedam ' secundaria. Primaria scilicet, quae quantitatis rationem non nanciscuntur ab alio, sed eis primo competunt quantitatum proprietates, ut est inter continua magnitudo: inter discreta numerus, quaedam verò quod quanta sint, acceptum ferunt his ipsis jam nominatis, ut inter continua locus, quia definitur esse superficies, vel magnitudo, tempus, quia materialiter idem est cum motu, ut probatur 4 *Physicorum.* Motus vero inquit ARISTOTELES lib: *γ Ph:* c: 1 videtur 30 *
ex continuis esse, quod clarius explicat *δ Met.* 13. Motus et tempus, inquit, quanta et *
continua dicuntur, eò quod illa sunt divisibilia, quorum ista sunt accidentia. Nam quia id, per quod res aliqua motu suo transivit quantum quid est, ideò et motus quantum quid, et quia motus, ideò et tempus.

Sic inter discreta oratio refertur, quia discretas habet syllabas, et differentes invicem
XXII, 15 temporibus pronunciandi, longa namque syllaba habet duo tempora, brevis unum. ' Et sic oratio ideò est discreta quantitas, quia et syllabis, et syllabarum dimensionibus [cadit] numeros suscipit. Propter hanc priorita⟨tem⟩ ARISTOTELES lib. *γ Phys:* cap: 5. Omne *
divisibile ait aut magnitudinem esse, aut multitudinem.

Cap: 5. 40
De numero et magnitudine.

In divisione quantorum primo loco ponit ARISTOTELES discretum, deinde continuum. Nec id injuria. Nam lib: a[c] *Metaph:* cap. 5 ex professo dicit: Inter res mathematicas *
numeros naturâ priores esse. Et 5 *Phys:* c: 3. numeri sunt etiam *λόγῳ* seu definitione *

[1-1] *korr. aus* quorum extrema unum fiunt, sive uniuntur.
[a] *korr. aus* Adduntur
[b] *korr. aus* quodam
[c] *Kepler*

vel ratione priores. Et sanè si contemplemur totam rerum universitatem, videbimus, latius patere numeros, quam magnitudines, siquidem magnitudo non alibi est quam ubi materia locum habet. Numerus verò extendit se etiam ad immaterialia. Nam etsi
* lib: 1 *Phys.* cap: 7. materiam ARISTOTELES vocat *αριθμητην*, numerabilem, atque id
* SCHEGGIUS interpres, de eo interpretatur, quod numerum in res invehat materia: tamen, ideo non sequitur, omnem a materia numerum oriri. Et causa, cur numerabiles faciat res est quia facit divisibiles in partes, quae postmodum numerantur.'

Cum autem solus numerus per se suoque esse, et primo sit discreta quantitas, ideoque *XXII, 15v*
[omnia] illa quae supra de discreta quantitate dicta sunt, huc referenda, et de numero
10 intelligenda erunt, quod sc: in numero non [habeat communem terminum, ad quem partes copulentur, quod partes numeri non habeant thesin vel situm ad invicem, sed
* lexin et ordinem potius, ut est in *Cat:*
* Itaque contactus in numeris non habet locum, sed *τὸ ἐφεξῆς* solummodo, *ε Ph.* 3. Hoc est series, ut duo sint post unum, non unum post duo.

Unde sequitur quod numerus sit multitudo individuorum, aut quod numerus constet
* ex individuis *μ Met:* 9. Quod sit multitudo unitatum I. *Met:* 1. Quod sit quodamodo
* aliquam multa una, *γ Ph:* 7] possit quis demonstrare, quomodo particulae ipsius situm quendam habeant ad invicem, aut ubi sitae sint, aut quaenam particulae ad invicem copulentur, sed ordinem numeris rectius attribueris, eo quod quoddam prius sit quod-
20 dam posterius.

Magnitudo verò, cum sola per se suoque esse et primò sit continua quantitas, teste
* ARISTOTELE *ζ Ph:* 2, omnis magnitudo est continua, ideo competent illi praecipue, quae de continuo dicta sunt: quod sc: habeat communem terminum, ad quem ' copulentur *XXII, 16*
partes, et quod partes ejus thesin habeant ad invicem quaelibet enim ex partibus, alicubi sita est, et potest quis [compre-] intelligere atque indicare; ubi singulae sitae sint ma-
* gnitudinis particulae, et ad quamnam alteram portiunculam copuletur. In *Cat.*

Pro voce copulari est in graeco vox *συνάπτειν*, quasi dicas contingere. Definiuntur
* autem contigua, vel contingentia, libro *ε Ph:* cap: 3, quorum *ἄκρα* extrema sunt simul.

Illa verò simul esse dicuntur [loco eandem, ibidem] quae in uno primo loco sunt,
30 seorsim esse illa, quae in diverso sunt loco. Ibid.

Itaque magnitudo [esse in] in eo differt a numero, quod illi competit contactus sive
* contingentia, numero verò *τὸ ἐφεξης*, [deinceps] hoc est, ut *ε Ph:* cap: 3, explicat: Inter magnitudines potest esse aliquid intermedium (omnis enim linea est media inter puncta ⟨⟩): Numerorum verò non est necesse esse aliquid intermedium. Nam *τὸ εφεξης* vel [deinceps] proximum dicitur unum alio, inter quae nihil ejusdem generis est interme-
dium.'

Cap: 6. *XXII, 16v*
De infinito.

* Libro *γ. Ph:* cap: 4 affirmat ARISTOTELES, uti etiam mathematicos consideratione in-
40 finiti. Et definit id cap: 6, quod infinitum sit, quod secundum quantitatem assumptum ita sese habeat, ut semper aliquid exterius sumi possit.

Itaque cum [nunquam] nos de numeris et magnitudinibus cogitantes, nunquam mens deficiat, quin semper [majorem numerum et magnitudinem] et quovis numero plus, quavis verò magnitudine majus quid cogitare possimus: ex eo non injuria videatur alicui
* infinitatem quandam in numeris et magnitudinibus inesse c: 4. et 7. [Et omninò necesse
* est infinitum ex quantorum genere esse *ποσον τι εἶναι.* Cap: 5.] Nam si ulla inest in rebus creatis infinitas, de qua tam multa disputant omnes ferè philosophi: illa certè in genere
* quantorum conspiciatur necesse est. *γ Ph:* cap: 5. Quaeritur itaque an et quo pacto quantitates sint infinitae. Sciendum itaque dupliciter considerari infinitum, aut [secun-

dum additionem] actu, aut [secundum divisionem aut utroque modo] potentia *γ Ph:* cap: 4 et 6. Nam omne quod esse dicitur, aut actu est, aut potentia *γ Ph.* 1 et 6.[1] *

XXII, 17 Actu infinitum quod attinet, [negat] negamus cum ARISTOTELE⟨s⟩ libro *γ Ph:* cap: 5, * [n]ullam esse actu infinitam quantitatem, neque sensilem neque intelligibilem; sed neque numerum ullum, quantumvis separatum cogitemus. Numerus enim omnis, aut id quod numerum habet, eo ipso numerabile est: itaque si potest numerabile numerari, poterit etiam permeari infinitum, quod absurdum est affirmare.

[Rursum autem duplex est infinitum in potentia. Aut enim additione sit, aut divisione. *γ Ph:* c. 4.6. Cum itaque omninò sit concedendum, infinitatem esse proprium quoddam * accidens, numeri et magnitudinis accidens quoddam proprium esse infinitum. *γ Ph*: 5: * illa infinitas verò primum et primariò in continuis elucescat *γ Ph:* c. 1; ideò dicendum, * infinitas quidem esse magnitudines, non verò actu, sed potentiâ et per divisionem. *γ Ph:* * 6.7. Cum enim utrumque sit dividuum, continuum atque discretum: in eo jam differunt quod continuum quidem dividuum est in semper dividua. lib:1 de *Cael:* 1. Hoc est quod * continuum in infinitum usque dividi potest *γ Ph:* 1. 4.7. *ζ Ph:* 1.2.[1] Atque adeo etiam * magnitudo dividua semper et infinities in magnitudines. *γ Ph*: 6. *ζ Ph:* 2. Sive in conti- * nua *δ Met:* 13. At multitudo est si quid potentiam habet, ut dividi queat in non continua, ib: Quare impossibile est ut continuum aliquid ex indivisibilibus constet, sive ex insecabilibus: *ζ Ph:* 1.2. At numerus contra definitur multitudo indivisibilium, et ex in- * dividuis constare dicitur *μ Met:* 9. Ex quo sequitur, ut ejus divisio finita sit, non verò * infinita ut in numeris: Infinitum per ablationem et divisionem non insit: quia unitas est minimum in numero, *γ Ph:* 6. Et ut cap: 7 dicit: Numeri finis eunti ad minima occurrit * unum, sive unitas.]

[2]Quare nullus numerus actu infinitus est.

Sed quod ad potentiale infinitum attinet, id omninò et in numeris et in magnitudinibus inest, [eum differentia] ea tamen differentia [modo eo, quo], quae jam explicabitur. Cum duo sint modi potentialis infinitatis, unus per additionem, alter per divisionem, *γ Ph:* c. 4.6, hic quidem in numeris, ille in magnitudinibus locum habet. Nam etsi * omnis quantitas est dividua, in hoc tamen differt continua a discreta, quod partes continui divisi semper manent continuae hoc est, dividuae at partes divisi numeri cito dividi

XXII, 17ᵛ amplius non possunt.[1] His enim ceu contrarijs differentijs definiuntur magnitudo, quae sit dividua in semper divisibilia, numerus verò, qui sit dividuus in indivisibilia, ut locis plurimis inculcat ARISTOTELES, quorum notationem brevitatis causa omittamus.

Ex quo perspici potest quomodo infinitum divisionis accidat quantitati continuae. Nam si alicubi propter parvitatem particularum cessaret divisio, sequeretur, aliquod continuum ex insecabilibus constare, quod est contra continui naturam et definitionem. Rursum ex eo perspicitur, in numeris non inesse hanc ablationis et divisionis infinitatem, quia unitas est minimum in numero, quod dividi amplius non potest.[2] Et hactenus de infinito in potentia per divisionem. Jam de infinito in potentia per additionem probè tenendum est, id bifariam considerari, aut enim illa potentia nostrum intellectum respicit, et sic non tantum quovis numero, sed etiam quavis magnitudine major semper cogitari potest, in infinitum usque, quemadmodum initio quoque concessum est: sed hic

XXII, 18 modus non est hujus loci proprius.[1] Aut respicit illa potentia additionis ipsa sensilia, et tunc negat ARISTOTELES *γ Ph:* c: 7 de magnitudine, cujuslibet magnitudinis definitae * excessum sive additionem esse posse [3][[neque etiam esse magnitudinem infinitam posse, sunt] quantum enim aliquot potentiâ esse admittimus, [eandum] tantumdem

[1] *Ende von Bl. 17r*
[2–2] *Ersatz am Rand der Bl. 17r und 17v*
[3–3] *Hinzufügung am Rand*

etiam actu esse concedendum est. [Actu verò nihil infinitum est]]. Nam si concederemus, ullam rem quantam posse esse infinitae molis et omni cogitatione majorem, esset et hoc concedendum quod talis moles reverà sit in natura. At nihil in natura actu infinitum est, ergo neque potentiâ additionariâ quicquam infinitum esse concedendum est in continuorum genere.[3] De numero verò rectè ait ARISTOTELES, eunti ad pluralitatem (id est, procedenti viâ additionis) semper et in infinitum omnem superari posse multitudinem.

Itaque haec duo contrario modo se habent. In numero datur minimum, non maximum. In magnitudine datur maximum, non minimum. Quemadmodum enim in continuis nunquam ne quidem per infinitam divisionem pervenitur ad minimum, ita [illis] in numeris nunquam, ne quidem per infinitam [divisionem] additionem pervenitur ad maximum. Estque utraque haec infiniti potentia ita connexa, ut potentia divi[dendi in]sorij infiniti in continuo, sit causa potentiae additionarij infiniti in numeris: [ea eminisc...] dum scilicet partes per infinitam divisionem constitutas infinita numerorum summa numerat. Unde est, quod dicit ARISTOTELES hanc numeri infinitatem non esse separabilem a dichotomia continuorum, quae quidem dichotomiae infinitae sunt. Item, non subsistere vel permanere hanc infinitatem, sed fieri: [illud enim] Nam permanentia hujus infinitatis ' actualem praesupponeret infinitatem, hac verò fieri innuit ens quod- *XXII, 18v*
dam in potentiâ.

Haec probe notanda sunt; magnum enim habent usum in mathematicis; sunt enim aliquae quantitates ad invicem ejusmodi, ut eas nulla cognata quantitas, nullo numero in infinitum usque metiatur, quas nos tanto exquisitius semper metimur, quo longius [decussando] bisecando progressi fuerimus.

* His autem probè perceptis minus jam nos turbabit, quod philosophus *γ Ph:* 6. infinitum in potentia per additionem, quod numero competere diximus, quodammodo etiam in magnitudinem admittit, sed ita ut illud additionarium idem sit [atque] ferè cum divisorio [fit enim etiam in finito aliquo, infinitum additionarium,] converso tamen modo etiam simul fiat. [Nam quâ viâ quantitas per continuam divisionem abit in infinita, eâdem viâ per additionem infinitam [[earundem particularum recolligetur illa quantitas, ad magnitudinem finitam. Sed notandum sicut in divisione finitum quam occurrit, ita in additione nullum fieri potest initium: quomodo enim eâdem viâ rediretur, si prior divisioria nondum est confecta.]] tenditur ad [de]finitum (sed non perventio unquam). Nam ex magnitudine finita, si quis primum assumat finitam partem, illique postmodum addat, proportione eâdem retentâ, hoc est, non superaddens eandem partem proportionis (sed simile) nunquam permeare (complere) poterit pro]' [1]positam finitam magni- *XXII, 19*
tudinem.[1] [2]Nam qua proportione secatur quantitas aliqua, puta pedalis linea, in particulas infinitas, si eâdem proportione alius quispiam particulas rursum colligat, nunquam totum restituet, quin semper tantum adhuc desit, quantum qui dividit adhuc habet sub manibus.

Divisor faciat partes 2, collector itaque dimidium pedis accipit, divisor rursum ex suo dimidio faciat partes 2, quarum unam collector accipiat habebitque collector $\frac{3}{4}$, divisor $\frac{1}{4}$. Amplius ex $\frac{1}{4}$ fiant $\frac{2}{8}$, unam legat collector, restabit $\frac{1}{8}$ divisori, collector vero habebit tantum $\frac{7}{8}$, et sic in infinitum usque, ut ita simul fiat haec additio et divisio et in eâdem proportione.[2] At si ita proportionem adaugeat, ut semper eandem particulam sumat et addat, permeabit tandem: quin omne finitum quantumvis maximum, absumi potest tandem, quocunque finito, quantumvis minimo. Et sic etiam per additionem infinitum in potentiâ datur, quod idem quodammodo dicimus cum divisorio. Semper enim aliquid

[1-1] *Satzende nach Seitenwechsel nicht getilgt*
[2-2] *Ersatz am Rand.*

extra sumi potest. Hactenus ARISTOTELES: ad quorum verborum [additionem] explicationem haec addo. Proposita sit duobus hominibus divisori et collectori res aliqua, [numero 64 notata] quàm primus dividat in duo aequalia, partemque alteram 32 cedat [alteri] collectori, alteram rursum bisecet, et partem bisectionis 16 cedat [alteri] collectori, reliqua 16 bisecet et partem unam sc: 8 cedat collectori, sic in infinitum pergat bisecando et dimidium collectori cedendo. Dico quod collector nunquam confecturus sit pristinam summam 64 et tamen semper propius ad illam accessurus. Semper enim tantum illi deerit ad summam complendam, quantum divisor habet adhuc sub manibus. Et haec de infinito in potentia.

Possit autem objici contra id quod diximus [actu] infinitam magnitudinem non esse secundum additionem, sic ut actu ipso versus incrementa aequali passu permeari non possit.

Nam mathematici in demonstrationum apparatù crebrò [solent provocare ad post...]
XXII, 19v jubent fieri infinitam lineam ' quod non intelligunt de sectione, sed de in longum eductione, sic ut terminum ex altera parte non [reparant] habeat. Respondet ARISTOTELES *γ* * *Ph: 7*. Neque postulare eos re verâ sic infinitam ut permeari non possit, neque etiam ejusmodi infinitam ipsis esse utilem ad demonstrationes: sed hoc saltem postulare, ut sit linea aliqua, quantam ipsi velint, et prout usus demonstrationis postulat. Non postulat autem actu infinitam.

Cap: 7.

De [numeri et magnitudinis partibus, praecipuè de unis] parte, toto, et omni.

Cum quantum id sit, quod est dividuum, habebit igitur partes, et quidem, ut jam audivimus, habet magnitudo infinitas, sive quot quis voluerit. Sciendum itaque, quid pars sit. Nam etsi 7 *Met:* c: 3 negat ARISTOTELES, a geometra recte hujusmodi voces * considerari, nisi ex hypothesi (hoc est nisi ut illa tanquam certa et nota praesupponat), nos tamen hoc primo libello de quantitatibus agimus in genere. Refertur autem haec vox inter transcendentia, et est [*πολυσημος*] communis multis rerum generibus. Cumque hoc pacto sit *πολυσημος*, lib *δ Met:* c. 25 in sua significata distinguitur. Et quatenus * quidem ex quanto, ut dixi, resultat, per id etiam definitur, sc: id, in quod quantum quodcunque dividitur. Semper enim quod a quanto, quatenus quantum, aufertur, pars
XXII, 20 dicitur. [Ex eò depen-] Est autem [cognata res] aliud termi'nus aliud pars et non sunt haec confundenda, lineae partes sunt lineae, termini verò puncta. Et termino dicitur aliquid definitum, terminatum *ὁρισμένον*, propter partes verò [numerus quidam omnis dicitur, magnitudo verò tota.] non, sed vel totum vel omne.

Quid autem totum, quid omne, libro *δ Met:* c. 26 habetur. Nam interdum id omne * dicitur, cui nulla suarum partium deest, [in quibus] propter quas naturâ aliquid totum dicitur: quae quidem significatio paulo remotior est a praesenti consideratione, et [auf] referenda in qualitatis 4tam speciem. Sed [in quarta specie] in quantorum genere totum est et dicitur, omne continuum et finitum, [cum] si est unum quid ex multis constans, quae multa potentiâ insunt in eo, vel etiam actu. Nam totalitas est quaedam unitas.

Jam igitur quantum quod principio medio et fine comprehensum [est]: hoc est, quod finitum est: si situs [differre potest partibus,] eorum nullam [afferat] faciat differentiam omne dicitur sin facit, totum appellatur. Quamvis vox latina totum etiam ex parte respondeat graecae voci pars, et omne *τῷ ὅλῳ*. Nam quod Graeci dicunt *πᾶς ἀριθμὸς*, *ὅλον μέγεθος*, id latinè etiam sic effertur: totus hic numerus, universa vel omnis haec magnitudo. '

Cap: 8. *XXII, 20r*
De unitate et puncto.

Jam modo dictum, quod omne totum eo ipso quod totum, sit unum quoddam. Et supra, cap: 6 dictum est, unitatem esse minimum in numero. Tempus itaque est, ut de uno etiam aliquid dicamus. Est autem haec quoque vox una ex transcendentibus et convertitur cum ente, itaque aeque in omnibus praedicamentis est et non in uno aliquo
* *ι Met:* c: 2.
* Igitur in genere unum [est] definitur lib: *δ Met:* cap: 6, quod non [possunt] potest dividi eo ipso respectu, quo unum dicitur. Et haec significatio vocis unus est in praedi-
10 camento quantitatis. Ut in continua quantitate linea simpliciter, quatenus linea, non dicitur una, sed est (ut omnis magnitudo lib.) quodammodo multa in potentiâ. Sed quatenus pedalis aut quatenus certam habet rationem ad aliam, una dicitur, quia dividi non potest. Si enim divideretur, non jam amplius esset pedalis, [aut] neque jam eadem maneret ejus ratio ad aliam certam. Quod autem unum sive unitas indivisibilis sit [plurimis]
* multis locis ARISTOTELES repetit, *γ Ph: 7*, *ι Met:* 1, *δ Met:* 6. Adeoque unitatis essentiam esse individui essentiam, et unum quanti, quatenus quantum, simpliciter indivisibile [esse sine at] ' et sine positu, esse unitatem, at cum positu, esse punctum. *XXII, 21*

[Unum autem non simpliciter indivisibile, sed vel unam in partem, esse lineam, vel in duas superficiem vel in tres corpus.]

20 Ex qua unitatis definitione solvuntur aliquot quaestiones. Prima an unitas sit nume-
* rus? Nam *ε Ph:* 3, et in *Cat:* videtur ARISTOTELES in numeros referre unitatem. *To εφεξῆς* enim sive ordinis consequentiam et succedentiam atque seriem numeris attri-
* buens pro exemplo affert unum et duo. Et *δ Ph:* 12. numerorum autem, inquit minimus est unitas, aut dualitas. Esset igitur unitas numerus. [At contra, numerus omnis est dividuus, unitas individua, non itaque numerus. At contra respondetur] [1]Respondetur unitatem, si strictè agamus, non esse numerum quemadmodum ipse philosophus[1] *γ Met:* 2 unitatem a numero manifestè distinguit et alibi omnium contrarietatum primam
* ait esse unum et multa *γ Met.* 2. Cum itaque numerus sit *πληθος* sive multitudo [ut supra dictum est] unitatum *ι Met:* 1, sive multa quodammodo una *γ Ph: 7*, unitas veró [philo-
* 30 sophus] opponatur[a] multitudini, ut divisibile et indivisibile *ι Met.* 3, non [habebit] erit itaque unitas inter numeros. [Respondetur, verum esse quod unitas non sit numerus. Nam] Item omnis numerus dividi potest, unitas ' est individua, non itaque est numerus. *XXII, 21v*
Quod autem ad supra citata loca attinet, facile intelligitur, cum *το εφεξης* attribuatur numeris, eo ipso attribui etiam principio numerorum, quod est unitas, nec ideo sequi, ut unitas sit numerus. Non competit enim *το εφεξης* unitati per se, sed quatenus cum numero aliquo comparatur.

* In alterò loco ipse philosophus non absolute dicit unitatem esse minimum numerum, sed dubitative pro praesenti materia, aut unum aut duo esse minimum numerum. Unitas itaque est minimum in numeris, at non est minimus numerorum. Est enim principium
* 40 numerorum *ι M.* 1., non numerus ipse. Quod si subtiliter omnia velimus exsequi, [numerus] unitas tantummodò propter assignatam numeri definitionem excluditur a numeri appellatione. Aliâs [omnes] pleraque ei competunt accidentia, quae de caeteris numeris efferuntur quibuscum comparatur, hac tantummodo servata proportione quod primus est, [inter primos impares quadratos] in unaquaque serie. Est igitur unus ex imparibus, primis, trigonicis, quadratis exagonicis cubicis etc., perfectis, auget ipse alios, et patitur additionem. Quod si nobis haec una concedatur *ακυρολογια*, ut dicamus, uni' tatem esse sui ipsius partem, et in se ipsam dividuam, jam in caeteris omnibus illum inter *XXII, 22*

[1–1] *am Rand*
[a] *korr. aus* opponat

numeros commodè admittere poterimus, ita ut non sit opus seorsim quicquam de ea dicere: id quod probè notandum est. Non enim ut forma et materia sunt principium substantiae sic unitas est principium numeri. Forma enim et materia nulla eadem cum suis compositis suscipiunt accidentia: At unitas sine magno incommodo, ut dictum, inter numeros toleratur, imò necessario ad numerorum distinctas series apponitur. [1]Eodem modo quaeri potest an punctum sit quantitas continua. Respondetur, sicut unitas non est numerus sed principium numeri, sic punctum non est continuum sed principium quoddam continuorum. Sed hoc inest discriminis, unitas non est numeri terminus sed pars minima ex quibus numeri constant: at punctum contra non est pars continui ex quibus constat, sed terminus ejusdem.[1]

Porrò cur post numerum demum de unitate et sic etiam de puncto agatur, rationem reddit philosophus *ι Met.* 3. Opponitur unum et multitudo, ut dividuum et individuum. * Multitudo namque aut divisorum est aut dividuorum. Individuum verò aut nondum divisum, unum est. Describitur verò unum et manifestatur unum contrario, nempe individuum dividuo:

Quia sensui propior est multitudo, et id quod est dividuum, individuo. Itaque in definitione prior est multitudo, posterior unitas propter sensum.

Cap: 9.
De subjecto [et origine] numerorum.

XXII, 22ᵛ Altera quaestio de numerorum subjecto existit. Videtur enim [supra] nu'merorum essentia non in rebus ipsis inesse, sed in mente numerantis, scilicet in ratione humana, et nihil aliud esse, quam ens rationale. Et Aristoteles lib: *δ Ph:* 14 manifestè dicit, * anima numeratrice sublata, numeros quoque sublatum iri, quemadmodum etiam V * *Met:* 3 affirmat, quamvis sublato numero, mansuras tamen magnitudines et sensilia. Quare numeri in mente solummodo erunt. At contra supra cap: 2. professi sumus nolle nos separare [magnit.] quantitates, et sic neque numeros a sensilibus. Quemadmodum etiam cap: 6 modum dedimus, quo infinitum potentiâ numeris insit non causa intellectionis et cogitationis, sed causa rerum ipsarum. Ad hanc objectionem respondetur, duplicem esse respectum numeri, secundum diversa definitionis ejus vocabula. Definitur enim multitudo unitatum [sive, aliquam multa una], itaque quatenus numeri ex unitati-
XXII, 23 bus constant, eo modo insunt rebus, quo'modo ipsae unitates rebus insunt. At libro Jota * *Met:* c: 2. explicatur quomodo quaelibet res sit unum quid. Nam quaelibet res eo ipso quod est et eo modo, quo est, una etiam est, cum ens et unum convertantur inter se. Non potest igitur a re ulla auferri aut separari sua unitas. Manentque hae unitates in rebus quamvis sublato intellectu numerante. Cumque essentia unius sit principium quoddam rebus ad numerum: *δ M:* 6, et numerus quilibet sit multa una, erit itaque etiam hoc * pacto numerus in rebus ipsis. Nam quatenus res non differunt: Unum quid sunt, et quod nullam admittit in se diversitatem, aut divisionem maximè unum est. Ergo quatenus res differunt, multae fiunt, et tot unitates rerum constituuntur[2], quot sunt omnimodae in toto rerum universo diversitates, causa generis, speciei, accidentis, loci, temporis, et cujuscunque alius circumstantiae, ut colligitur ex *ι M.* 1. *

Verum respectu alterius particulae multitudo, numeri non sunt extra intellectum. Nam foris in rebus nulla est unitatum in unam summam collectio aut comparatio, sed hoc omne est mentis opus. Foris centum unitates hominum, et centum unitates equorum
XXII, 23ᵛ sunt ducentae unitates, sive duo numeri: at in intel'lectu unus est numerus, centum vi-

[1–1] *am Rand*

[2] *Randbemerkung* Numerus ut forma vel species est, unitates, ut materia vel elementa. Inquit Aristoteles L *Met.* (C)

* rorum et centum equorum δ: *Ph:* 12. Foris sunt propemodum infinitae unitates in his in intellectu est unica unitas. Nec hercle res haec rectius explicari potest quam similitudine universalium et singularium. Quemadmodum enim universale, puta species aut genus, est merum mentis opus, et nihil extra intellectum, ita etiam numerus. Et sicut species vel genus non ideò est de nihilo, sed objectum ejus sunt singularia, imò extra mentem species nihil est quam singularia: ita numerus quoque extra intellectum nihil est aliud quam ipsae rerum unitates. Hoc jam discrimen est, quod species non potest intelligi de ullis aliis singularibus quam unde abstracta est. At numerus, ut supra dictum, communis esse potest quibuscunque rebus, quae totidem constant unitatibus, quot erant illae, ex quibus numerus is collectus est. Itaque quemadmodum accidens rerum est, intelligi, ita etiam numerari. Et quemadmodum intellectio, sic et numeratio a rebus abesse possunt, salva ipsarum subsistentia. Nam essent illae suapte natura quidem *νοηταὶ* et *ἀριθμηταὶ*, intelligibiles et numerabiles: etsi a nulla mente *νενοημέναι* et *ηριθμημέναι*, intellecta et
* numerata essent, ut est δ *Ph:* cap: 14.

Atque adeo facultas numerandi principium quoddam est facultatis intelligendi: neque
' homo posset intelligere, si nesciret numerare. Nam intellectio consistit in identitate, et *XXII, 24*
differentijs rerum, ut cognoscamus quae res sint idem, quae diversum. Tum enim scimus aliquid, cum rei scimus essentiam. Essentiam verò cognoscimus per definitionem, quae est *λόγος οὐσίας*. Definitio verò constat genere et differentia. Porro causa generis res sunt idem, causa differentiae, diversum. Porrò unum et idem convertuntur. Genus itaque, et species et quodcunque universalium est quaedam unitas. Jam differentiae omnes sunt [contrariae, contrarietas] oppositae, oppositiones omnes ad hanc unam et primam reducuntur, ut [quaedam] omnia aut unum aut multa dicantur. In hunc modum loquitur
* Aristoteles δ *Met:* 6. Prima namque mensura cujusque generis, principium est. Nam quo primo cognoscimus, illud prima est in quolibet genere mensura. Principium itaque ad cognoscendum in quolibet genere est unum. Non idem autem in omnibus generibus
* unum est, etc. Idem fere ι *Met:* 1. [Sic lib. ι *M.* 1. Maximè verò quae mensurae est essentia, primum ea est in quolibet genere, et propriissimè in genere quantorum, illinc enim etiam in alia genere devenit.] Summa itaque huc redit, unitatum subjectum, esse res ipsas, numerorum verò subjectum mentem, objectum, res easdem extra. '

* [Cap: 10. *XXII, 24ᵛ*

De origine numerorum.

Ex quibus jam dictis via nobis aperitur de origine numerorum altiora speculandi, quae Aristoteli, utpote veri dei ignaro erant inaccessibilia. Scimus ex sacrosancta scriptura deum sese nobis revelasse unum in essentia trium in personis. Scimus itidem et hoc, deum esse non materiale ens, sed rationale, sic quidem, ut sit substantialis ratio. Deus itaque summa et beatissima est ratio. Unde etiam filius dei *λογος*, sive verbum, vel sermo dicitur. Est enim a patre genitus, sicut nostri sermones ex ratione gignuntur. Cumque summum bonum, ut loquuntur theologi nostri, sit sui ipsius communicativum, et pater hac communicatione sui gignat filium, quem inter et patrem existit coessentialis amor et spiritus ab utroque procedens et in eadem communicatione comprehensus: ex hoc gignendo et procedendo resultat beatissima trinitas, quae est non numerus accidentarius sed ipsissimae tres personae, cum deus se ipsum trinunum intueatur contempletur, et hac ipsa intellectione, (quae non est, ut nostra intellectio, transitoria, sed *οὐσιώδης ἐνέργεια*) trinunus sit. Ad ' cujus aeternae generationis, qua deus trinus est in *XXII, 25*
personis, qualemcumque et temporaneam similitudinem, si quis creationem comparet, ex qua statim numerus resultet, is fortasse non ineptè philosophabitur. Nempe sicut in aeterna generatione conspicitur personarum trinitas, sic in temporanea creatione appareret rerum multitudo. Sed ad mentem hominis veniamus, cujus causa haec de deo pro-

posita sunt. Constat itaque nobis hominem esse conditum ad dei similitudinem. Illa similitudo in tribus quaeri potest, aut in corpore, aut in animo, aut in virtutibus. In corpore obscura est similitudo dei. Deus enim non habet corpus. Potius in illo regnat similitudo mundi vel animalium. In virtutibus et bonis habitibus atque perfectione naturali quidem per se et propriè consistit haec similitudo, quemadmodum illam etiam theologi considerant: sed non est dubium, quin eadem dei similitudo conspici queat etiam in essentialibus facultatibus animi. Hoc itaque ponamus, et statim apparebit, unde facultas numerandi atque intelligendi suam habeant originem. Deus intelligendo se communicat, communicando gignit, gignendo trinus est in personis, et eo ipso quod
XXII, 25^{r} trinus est in personis, reflexu simplicissimo et aeterno ' seipsum intelligit: Ita homo ad dei similitudinem et facultatem numerandi, et per hoc intelligendi adeptus est, ut sicut deus res creando intelligit et numerat, ita homo quoque creatas numerare et intelligere possit. Itaque ut a deo, qui ratio essentialis est, trinitas personarum, quarum secunda λογος dicitur, separari non potest: Sic in hominis animo, facultas numerandi principium existit facultati intelligendi, nec separari potest. Omnis itaque numerorum origo a deo est: per creationem, unitates quidem rerum sunt per creationem rerum, numerandi verò facultas per creationem mentis, ad dei trinuni similitudinem. ']

XXII, 26

Cap: 10.
De origine numerorum.

Ex quibus jam dictis via nobis aperitur de origine facultatis numeratricis et numerorum ipsorum altiora speculandi, quae Aristoteli, utpote veri dei ignaro erant inaccessa.

Etenim [quantum] Platonicorum ipsa antiquitate commendabilis erat haec philosophia, quod dicerent, deum totam rerum universitatem condidisse ad ideam, in dei mente relucentem eique coaeternam[a]. Hanc sententiam tuiti sunt inter Christianos scholastici doctores, subtilissimum genus philosophorum. Nos hanc eandem sententiam, ut eo minus impingamus, tantisper tueamur, ut statuatur, ideam illam, ad [cujus] quam mundus est conditus, non esse diversum quid ab ipso deo. Quo posito, si quaeratur à nobis causa numerorum in rebus, cur scilicet, non sit mundus factus sibi ipsi un-
XXII, 26^{v} diquaque uniformis totus et unus, nusquam a seipso discrepans? respondebimus, deum ' ipsum, qui mundum hunc ad suae quodammodo [essentiae] deitatis ideam fecit, esse non unam sed tres personas, cumque distinctae sint proprietates in una simplicissima dei essentia, per quas persona differt a persona: ideoque etiam mundum debuisse differentias quasdam suscipere, per quas numeris aditus patefieret.

Etenim sicut creatio et sustentatio temporanea mundi est exigua quaedam imago generationis aeternae, qua pater gignit filium, et processionis aeternae, qua spiritus ab utroque procedit: ita etiam, quia deus per generationem et processionem trinunus est et declaratur: ideò et res mundanae per creationem et sustentationem necesse est diversas et numerabiles fieri. Veruntamen [quia] sicut deus infinitus et aeternus est, creaturae et finitae et temporaneae, et in nullo comparationis gradu cum deo: ita etiam in hoc praesenti negocio necesse est hoc infinitum discrimen esse, quod deus quamvis trinus in personis, unus tamen est in essentia, creaturae verò per essentiam sunt diversae et numerabiles, ipsarumque mutua unitas respectu divinae unitatis est merum accidens. '
XXII, 27 Deinde divinitas in personarum trinitate subsistit, nec ultra propagatur: At res initio capto a sua creatione ad numeralitatem, in infinitum sese multiplicant. Causa est, quia solus deus perfectus est, res omnes imperfectae. Unde in sol[us]o illo perfectam pluralitatem personarum credimus: at in rebus est imperfecta pluralitas. Numeri enim nun-

[a] *korr. aus* aeternam

quam finiuntur, sed semper augeri possunt; at trinitas eo ipso finitur, [quod trinitas est.
* Sic enim ARISTOTELES lib: 1 *De Caelo* cap: 1.] quod principium, medium et finis, numerò tria sunt. Vide ARISTOTELES lib: 1. *De Caelo* cap: 1.

Sed clarius haec philosophia lucebit in indaganda origine facultatis numeratricis: Etenim constat nobis non ita tenuiter tantum, per philosophiam Platonicam, sed artius
* per sacras literas, hominem esse conditum ad imaginem dei *Gen:* 1, 27[a]. Illa similitudo dei in tribus quaeri potest, aut in corpore, aut in animo, aut in virtutibus. In corpore est obscura dei similitudo, et generalissima, deus enim corpus non habet. Potius in corpore regnat similitudo mundi vel animalium. In virtutibus et bonis habitibus et perfectione
10 naturae quidem per se et propriè consistit haec similitudo, quemadmodum illam etiam ' theologi considerant; sed non est dubium, quin eadem dei similitudo conspici queat *XXII, 27ᵛ*
* etiam in essentialibus facultatibus animi, cum *Gen.* 8 homo est lapsum etiamnum imago dei dicatur. Est igitur imago dei in facultate nutriente, sentiente, movente, sed adhuc ignobilior, et communis caeteris animantibus. Intelligens autem facultas animae duobus constat, intellectu et voluntate. Itaque quod voluntatem attinet sicut deus est *αὐτεξούσιος*, sic hominem condidit cum facultate animi, quae dicitur principium volendi, vel nolendi, quae cum sit essentialis, non perit in lapso homine, etsi liberum arbitrium materialiter consideratum, sc. liberum acquirendae beatitudinis ex proprijs viribus arbitrium pereat. Quod ad intellectum attinet, sicut deus est mens, quae seipsam intelligit
20 perfectissimo et essentiali actu, ita hominem condidit in animam intelligentem, sed cujus intellectio accidens tantum est, et abesse potest, ut in infantibus. Et sicut deus est essentialis ratio, unde filius natus a patre tanquam ab aeterna mente dei logos dicitur, ita etiam nostrae menti adjuncta facultas ratio dicitur qua possumus unum ex alio ratiocinari. Et sicut illa aeterna ' mens, eo ipso quod logon coaeternum gignit et commu- *XXII, 28*
nem spiritum spirat, est et creditur trina in personis, ita etiam in homine facultas intelligendi et numerandi, quorum illud filij, hoc trinitatis refert imaginem, sic juncta sunt, ut unum alterius causa sit: ut sicut a deo, qui mens et ratio essentialis est, trinitas personarum separari non potest, sic in hominis animo intellectio, ratiocinatio et numeratio cohaereant. Omnis itaque numerorum origo a deo est per creationem: Unitates quidem
30 rerum sunt per creationem rerum, sed facultas numerandi per creationem mentis ad trinitatis imaginem.

Cap: 11.
De proprietatibus [subst] quantitatis in genere.

1. Nulla magnitudo, nullus numerus alio vel magis vel minus numerus aut magnitudo
* est. In *Cat:*

2. Nulla in quantitatibus est contrarietas. In *Cat:* [Quamvis contrarietas omnis ex...]

3. Quantitatibus maximè proprium est, relationes constituere, et aequale inaequale etc. dici. Nam nihil invenitur, quod aequale inaequale dicatur, et non sit particeps quantitatis. In *Cat:* Inaequale autem in continua praecipuè quantitate aut parvum aut ma-
40 gnum, majus vel minus dicitur. Et est aequale, quod neque magnum est, neque parvum,
* sed aptum tamen ut sit aut magnum aut parvum, ι *Met:* 5. ' Sic in discreta quantitate, *XXII, 28ᵛ*
inaequale aut multum aut paucum, plus aut minus dicitur. Quae vocabula indefinita plus, minus, majus minus gignunt jam definitas alias relationes, ut duplum, triplum etc.

Hisce relationibus cognatae illae sunt, quae oriuntur ex quantitatibus, quatenus illae prius in praedicamenti [sunt] qualitatis quartae specie sunt, et magis fiunt materiales. Sic enim [nume. aut si tota sit] aut perfecta quantitas dicitur, aut imperfecta respectu partium ejusdem totius: at respectu plurium totarum dicuntur similes aut dissimiles.

[a] 1.8 *Kepler*

Tertiò ut supra dictum est, ex naturâ unitatis et multitudinis [existunt illae relatae voces] evenit, ut [res] aliquid aut idem aut diversum dicatur, et quia diversum, ideo et differens, et quia differens, ideo et contrarium et oppositum. Sic etiam ex ratione unitatis existit mensura et mensuratum, quia unum mensura est *ι M:* 1. Habet et cum identitate similitudo cognationem, quae omnia clarè ex *γ M:* 2, *δ Met:* 9, *ι Met:* 3 demonstrantur, ubi etiam negat philosophus, geometrae esse, de his disputare vocibus, nisi ex supposito. Itaque sufficiat hic eorum meminisse et originem monstrasse. Copiosius autem de singulis agitur in suis peculiaribus scientijs.[1]

XXII, 29 Objicitur autem contra propr: 2 ex propr: 3. Multum pauco, magnum parvo est contrarium, at significant hae voces quantitates. Ergò contrarietas est in quantitatibus. Ad haec pluribus locis in *Metaphysica* repetit ARISTOTELES uni contrariam esse multitudinem, unum autem est minimum in numeris, et omnis multitudo est numerus, numerus ver⟨o⟩ quantitas, et sic contrariae invicem quantitates. Respondet ARISTOTELES in *Categorijs* primum ad priorem objectionem, vocum illarum nullam esse absolutè in praedicamento quantitatis, sed in relatione, contrarias igitur esse non ut quantitates, sed ut relata. Nihil enim per se ipsum dicitur magnum sed collatione ad aliud. Unde ne quidem in relatione absolutè sibi mutuo sunt contraria. Reciperet enim unum aliquid duo contraria in se, cum idem jam parvum jam magnum dicatur, collatione facta cum diversis. Imò *ι M:* 5 ait non magnum parvo, sed aequale utrique esse contrarium, ut privativa negatio, nam contrariorum, quae medium aliquid habent, utrumque negari posse. Inter magnum et parvum autem aequale medium est.

Ad alteram ob⟨jectionem⟩ similis est responsio *ι M:* 6. Unum multitudini contrarium, non ut unitas et numeri simul sunt in praed⟨icamento⟩ quantitatis, sed quatenus sunt invicem relata causa praecipuè materiae. Nam 1. opponuntur propter particulas divisibile indivisibile, quae respiciunt praecipuè materiam, 2. opponuntur in praedicamento relationis ut scientia et scibile, si scibile sit ut numerus, unum vero ut mensura *ι M:* 6.[1]

XXII, 29ᵛ

Cap: 12.
De scientijs mathematicis.

γ Met: cap: 2. ARISTOTELES affirmat, mathematicen habere partes esseque in ea priores quasdam, alias posteriores vel consequentes. Id quomodo intelligendum, ex resumptione [subjecto supra positi] cap. 4 intelligi potest. Etenim audivimus quantitatum aliam esse continuam, aliam discretam, et priorem natura discretam. Rursum dictum est; utrobique esse aliquid primarium, aliqua secundaria, ut inter discreta numerus, inter continua magnitudo primaria est. Omnium igitur mathematices facultatum prima est, quae de numeris agit. Oportet autem intelligere non omnem tractationem numerorum. Nam quod in universa philosophia id maximè in mathematica locum habet, ut singulae scientiae singulas artes gignant et per illas ex theoria ad praxin sese efferant. Practicae verò disciplinae omnes theoreticis sunt posteriores. Igitur numerorum cognitioni non practicae (quae vulgaris arithmetica est) sed scientificae primum locum tribuo. Illa verò perpaucis constat theorematis.

Sequitur hanc arithmetices speculativam partem, geometria, quae de magnitudinibus agit seorsim. Ea rursum duplex est theoretica et practica, nulla enim scientia enim plus ad practicas artes conducit, quam geometria. Et quidem geometriae theoreticae initio hujus tractatus duas fecimus partes, unam de magnitudinibus, quatenus fiunt figurae, alteram de comparatione figurarum et quantitatum, unde proportio existit.[1]

XXII, 30 Hae duae scientiae arithmetica et geometria speculativa mutuas tradunt operas nec ab invicem separari possunt: quamvis ab arithmetica sit principium cognitionis.

Sequuntur jam scientiae, quae versantur circa quantitates secundarias. Et numeris quidem supra accensita fuit oratio. Itaque proximè post arithmeticam sequitur cognitio

quantitatis syllabarum quae est pars poetices et oratoriae et habet numerum materialem pro subjecto, tempus sc: pronunciandi, numerabile.

Ita [quatenus] voces, quatenus numeris communicant, fiunt subjectum harmonices, quae Pythagoraeorum inventio est. Nos tamen infra aliter. Ita inter continua, cum tres sint magnitudinis species, linea superficies corpus: linea quidem, quatenus luci radianti communicat, fit subjectum optices, quatenus motui, fit subjectum mechanices, qui cum tempus constituit, fit subjectum astronomiae [, mechanices]. Et tum qui totam seriem temporis considerat, tempusque historijs connectit, chronologus dicitur: qui verò tempus politicum, dicitur computista, vel calendariographus.

Quod si linea consideretur in fide et ceteris sonantibus, fit subjectum harmonices secundum nos, ex quo musica dependet. At si consideretur linea in influxibus caelestibus et operationibus, jam ex hoc pars astrologiae nascitur de aspectibus.

Superficies si fiat materiata, fit subjectum picturae speculatoriae, quae consistit in apta projectione solidorum in planum, estque pars optices.

Amplius fit subjectum [physices, qui] facultatis alicujus, quae pars est physices. Nam omnia naturalia superficiebus et schematibus communicant eorumque causa certas proprietates habent. [1]quo ergo primo geogr⟨aphi⟩a[1]

Corpus si fiat materiale, fit subjectum scientiae isorrhopicae de ponderibus, sc: quae pars est quodammodo physices. *XXII, 30v*

Ex his theoreticis scientijs infinitae propemodum artes natae sunt et quotidie nascuntur.

[1–1] *am Rand*

M 2

V, 1 ## De[1] genesi magnitudinum[2]

De ortu figurarum.

(Fu)it hactenus sermo de praedicamento quantitatis, jam in quartam speciem qualitatis ... Illic q: ...

Magnitudinum proprium est, terminari.

Figura est terminata.

Vox *ὁμώνυμος* est[3]

Terminus. Similitudo est propter figuras.

Magnitudines in genere creantur ijsdem quibus continentur sive terminantur.

Priores igitur sunt, ex quibus aliae fiunt.

Primae verò quae nullo creantur continentur terminantur, quam seipsis. Seipso autem existere aliquid potest creari non potest. Ut enim ipse ad alium sic esse ad creari.[4]

Igitur essentiae causâ in duo cadunt discrimina rectum et curvum, quibus adhaeret, quod ab utroque mixtam habet essentiam vel intelligentiam.

Curvi igitur definitio simplicissima est, quod seipsum finiat atque figuret.

Haec igitur prima figurarum est, curva nempe.

Est autem superficies sphaerica, non globus, non aliquis circulus, non linea, ut post videbimus.

Etsi enim videtur rectitudine definiri, sc: distantiâ a medio, id tamen non est. Nam rectius per seipsam terminare definitur: si enim hoc datur (quamvis obscurum incipienti sit, ut solent omnia unâ priora) datur et resultat illud alterum, aequaliter a medio distare.

Et statueretur rectum curvo prius, cum tamen primum sit quod seipsum terminat. [1]

V, 1v Quare[5] curva figura unica est, ad cujus normam omn(es) maximae minimae quadrant.

Ejus exemplar, omnibus obvium, est bulla ... matacea.

De perfectione ejus ultimò disputetur.

In bulla (quae erit regula figurarum) tria sunt, punctum in medio, circumfusa superficies, et distantia superficiei a puncto, singula unica et aequalissima.

Punctum a nullo est neque factum nec creatum nec genitum.

Superficies a puncto esse videtur, non tamen (ut de recto audiemus) creatum vel factum, sed uno actu repraesentatum et quasi saltu unius puncti in infinitas regiones, ... tamen in tempore et viâ non vestigatâ relictâ. ...ge

Cumque punctum alias nihil sit, hic solo situ exstat, nec differentes partes habeat, superficies illud repraesentat, illi quam proximè similis. Nam si figurari posset punctum, curvam superficiem nancisceretur, et mehercule sic etiam intelligitur.

Distantia aequalis, a puncto et superficie simul est, non quidem facta (via enim non vestigata est) ne(c) creata, nec genita, sed resultans.

Hac tria sic unum faciunt, ut uno vel duobus negatis, reliquum negetur.

[1] *Rand beschädigt* ... TUTIO ... num Liber II.

[2] *Titel von Hansch*

[3] *am Rand von Hansch* Geometrica

[4] *am Rand von Hansch* Num: VIII rejectum tanquam inutile fuerunt Novellae tantum assignatae incompletae. VIIII

[5] *am Rand* ... e ... illud est, inter figuras non ... magnitudine. Nam de dimensione fig ... ... rit liber tertius. Non enim magnitudo sed i...natio diversas efficit figuras.

Eripe punctum medium aequalis distantiae, superficies igitur regularis non curva fiet. Distantiae aequalitas violabitur.

Eripe superficiem, puncto situs peribit, tolleturque distantia.

Eripe aequalitatem distantiae, nec punctum medium, et superficies aequalis erit.

Curvum et in se per se unum simplex et aequale, sed ubi admiscetur rectis infiniti speciem praebet. Sic communis infinitis clauditur triangulis. [1]

Ergo unum in tribus et tria in uno agnoscenda. *V, 2*

De ortu rectorum.

Ex[1] tribus in curvo tertium ortui rectorum quam proximè aequiparari potest. Distantia enim per rectam lineam intelligitur. Discrimen tamen geminum est, primum quod infinitis punctis, deinde quod non vestigiatae[a] sunt lineae.[2]

Quorum igitur punctorum in superficie infinities infinita sunt, ad eorum unum trajectus centri brevissimus in tempore consideratus, et proinde vestigiatus, fit linea recta. Ex fluxu puncti fit vel creatur linea ut ajunt. Sed regionem nobis et situm punctorum non praebent.

Quo obscuriora sunt verba in principio, hoc faciliora erunt reliqua.

* Habemus lineam rectam ex qua figuras omnes oriri non absurde Plato dixit si geometricè intelligendus est, cum ait, corpora ex superficiebus, superficies ex lineis oriri.

* 3. Lineae rectae termini sunt duo puncta.

4.3. Figurae planae, (minus figurae) ex lineis proximè oriuntur.

2. Sunt omnes causa originis triplices: Factae vel creatae, sectae, et compositae.

5. Distantia omnis per rectam lineam intelligitur.

Factio[3] vel creatio omnis vel regularis est, vel irregularis, illa hujus est mensura.

6. Lineis causa creationis accidit concursus, et sectio.

7. Lineis causa creationis accidit parallelitas, quae est cum duae rectae ita ab invicem distant, ut vel in infinitum distantes non concurrant vel secent se mutuo.

Cum linea transversum ducitur per certam distantiam, ut interim primo situi maneat parallela, creatum planum intelligitur.

Creatae omnes sunt parallelogramma. [1]

Latera sunt lineae figuram claudentes. *V, 2ᵛ*

Creati plani latera sunt quatuor: et totidem anguli. Nam duo latera praesupponuntur, unum manens, alterum illi parallelum ductum. Ducti lateris duo sunt extrema puncta per[4] Et punctum ductum creat lineam per[4]. Ergo duo puncta fluentis lineae fluent unâ faciunt novas duas. Sicque summa factorum planorum est quatuor latera. Et per[4] 4 anguli. Secantium anguli *κατα κορυφην* aequales sunt. Oppositi dicuntur *κατὰ κορυφήν.*

[5]Nam A et D sunt duo recti, sic D et B. Tolle communem d. Residuus igitur A, residuo B aequalis est.[5]

Lineae duae tantum semel concurrunt.

Concursus est, cum extremitas unius alterius extremitati sic applicatur, ut si continuerentur, se mutuo secarent.

Latus quodlibet bis concurrit, quia duos habet terminos Et debet, ut figura utrinque clausa sit.

Duo latera concurrentia faciunt toties angulum.

[1] *am Rand* Ortus dif ... dicuntur

[2] *am Rand* Sufficeret ... rem explicare per ortum. Sed fun(da)menta sunt jam nil mensurandi.

[3] *am Rand* Motu geometrico

[4] *jeweils Platz gelassen für eine Einfügung*

[5–5] *am Rand zur Figur, kaum erkennbar*

[a] *richtig* vestigatae

Plana tot habent angulos, quot latera. Nam singula latera duos habent termines, et duo concurrentia faciunt angulum per[1]. Ergo quot latera tot anguli.

Facta sunt parallelogramma. Duo enim latera praesupponuntur parallela. Duo verò fientia, parallela quoque sunt, quia terminis binis aequaliter distant, probo, quia lineae metientes illorum distantias, praesuppositae sunt parallelae per[1].

Videtur parallelitas aliter definienda quam per non concursum. Nihil enim per negationem definiri potest. Etsi namque dicitur, non debere concurrere, nondum tamen scitur quomodo ducenda sint, ut evitetur concursus.

Parallelae igitur sunt in quibus signata bina puncta aequedistantia singula etiam unius * à singulis alterius aequedistant.

Ex concursu laterum in planitie est angulus.

Sectio aut est perpendicularis, aut inclinata. Perpendicularis cum regio plana ex altera parte rectae supra rectam per incidentem in duo aequalia dividitur, vel regio supra et infra rectam in 4 aequalia per secantem.

Spaciorum illorum quodlibet dicitur angulus rectus. Et regio ex uno latera circa punctum est 2 recti, regio ex utroque circa punctum sunt 4 recti.

Inclinata, cum dividitur in inaequalia spacium supra rectum[a].

Major recto obtusus, minor acutus dicitur. [1]

[2]Si recta secet parallelas, existunt anguli enallax. Ii au⟨tem⟩ sic dicuntur, qui sunt non in oppositis secantis regioni⟨bus⟩, sed etiam ad oppositas parallelas. ⟨Ve⟩l unus est op. una paral. et unum ⟨la⟩tus, alter ad alt: par. et alt: lat: contra lineas.

Qui sunt ab eadem regione secantis, ad utramque paral: unus intra alter extra, dicuntur extra et oppositi.

Sunt aequales.[2]

V, 3 Parallelogramma habent 4 rectos. Nam A C E G exteriores sunt, interioribus et oppositis B D F H aequales. Ergo conjunctim exteriores sunt interioribus conjunctim aequales. Et spacium omne circa duo puncta infra, et duo supra lineam alteram in duo aequalia divisum est, quorum unum sunt anguli interni, alterum externi. At[b] dictum spacium sunt 8 recti, bini circa singula puncta quorum sunt 4. Ergo dimidium sunt 4 recti.



Linea recta secans parallelas, aequaliter illis concurrit angulosque *ομογενεῖς* utrinque aequales constituit. Angulus ex concursu secantis cum una par: aequatur angulo ex concursu sec: cum altera par: in altero latere. Nam hi aequi per[3]. Et IA per[3]. Ergo HA aequi.

Cum anguli omnes recti sunt, parallelogrammum rectangulum dicunt.

Cum latera aequalia insuper, quadratum.

Cum inaequalia, oblongum.

Cum lateribus aequalibus inaequales anguli, rhombus.

Cum lateribus inaequalibus inaequales anguli rhomboides.

Omnis parallelogrammi anguli oppositi sunt aequales et latera. H enim aequalis est * cum A per[3]. Et A cum B. Ergo H et B oppositi.

Ubi latera et anguli oppositi aequales, parallelogrammum est.



[1] *Platz gelassen für eine Einfügung*
[2–2] *am Rand*
[3] *jeweils Platz gelassen für eine Einfügung*
[a] *richtig* rectam
[b] Ad *Frisch*

Hactenus creatae.

Jam de sectis.

Singulis creatis bina adhaerent secta aequalia: lineâ connexis opp: angulis.

Sunt triangula, quia tria habent latera duo communia cum toto unum novum.

Tribus lateribus pauciora, nulla figura rectilinea habere potest. Nam latera debent utrinque concurrere. At bina non possunt, quia lineae coirent, nec quicquam planum darent. [1]Triangulorum quae habent latera aequalia, habent et angulos aequales.[1]

* Habent tres angulos duobus rectis aequales. Nam ipsorum tota habent 4 rectos aequos. At omnes in duo triangula distributi. Ergo bina triangula habent 4 rectis 6 aequales. Jam verò sunt aequalia et similia, ergo aequaliter partiuntur 4 rectos, habentque duos rectos.

[2]Vel duo anguli non divisi sunt aequales per[3]. Et C cum D, E cum F aequantur. Anguli igitur triangulorum aequales. At summa 4 recti: dimidium igitur 2 recti.[2]



Omnis trianguli

Tria latera unum tantummodo modum concurrendi et non nisi uniformes angulos habent, contra quam generata. [1]

Omne triangulum est pars generati parallelogrammi. Causa quia omni triangulo simile dari potest et aequale. Duo igitur applicata aequali latere angulos oppositos faciunt aequales ut supra, quare constituunt per[3] parallelogrammum. *V, 3v*

Sed haec commemorare non est opus quia properamus ad constructionem reliquorum.

Ex generatis igitur hoc ordine veniunt triangula.

Ex rectangulis rectangula.

Ex quadrato, rectangulum isosceles.

Ex rhombo, vel obtusangulum isosceles, connexis angulis longius distantibus.

Vel acutangulum isosceles, connexis propioribus.

Ex certa specie rhombi aequilaterum.

Ex rhomboidesi quibusdam acutangula isoscele, connexis propioribus.

Ex rhomboidesi alijs varia.

* Omnibus triangulis hoc inest, quod majori angulo majus latus opponitur.

Aequilaterum igitur est etiam aequiangulum. [1]

Hactenus sectae figurae: sequuntur compositae. *V, 4*

Compositio est ex triangulis.

Fit quoties duo triangula uno latere aequalia coagmentantur.

Compositio quidem etiam generatis competit, sed non naturaliter. Alias referretur ad inaequalius, quod aequalissimum est.

Cum ergo duo aequalia et similia triangula committuntur, supradicto modò generatum efficitur, et ex partibus totum reponitur, quod antea fuit.

Ubi ordo commissionis diversus fuerit, diversa fiunt a superioribus, trapezia fiunt.

In rectangulis et obtusangulis ordo inverti non potest, alias fiet mutilum ex obliquangulo, triangulum ex rectangulo.

[1-1] *am Rand*

[2-2] *am Rand*

[3] *Platz gelassen für eine Einfügung*

Acutangula similia acutioribus commissa, potentiâ idem sunt quod generata, trapezia tamen sunt.

[1]Ergò ex similibus non fit trapezium. Et trapezion est ex dissimilibus.[1]

Talia sunt omnia quae videntur duobus aequicrurijs constare.

Reliquis oppositis connexa, non discernunt similia.

Duo heterogenea triangula coagmentata efficiunt trapezium. Trapezion habet 4 rectos.

Tria triangula quinquangulum, quatuor sexangulum in infinitum usque[2]



In singulis speciebus unicum saltem regulare est, quod omnia latera et angulos invicem habet aequales. In triangulo aequilaterum, in quadrangulo quadratum, in quinquangulis similiter etc.

[3]Hic maxima dubitatio, sumendane regularia an docenda. Si docenda, nihil in Euclide poterit immutari.[3] *

Regula de angulis. Habent singula bis totidem rectos quot triangula. *

Habent autem totidem triangula quot latera, duobus minus.

Triangula componentia intelliguntur in quorum angulos omnes compositae anguli divisi sunt, et contra quorum omnes anguli stant in angulis figurae.

Trianguli regularis angulus habet $\frac{2}{3}$ recti, quadranguli 1 rectus, quinque anguli $1\frac{1}{5}$ recti, 6anguli $1\frac{1}{3}$ etc. '

[4]Quod si triangula sic intel(l)igantur componentia, ut singulorum singuli stent ad centrum, habebunt singula bis totidem rectos quot triangula componentia, minus quatuor.[4]

V, 4[v] Habemus plana recta. Sequitur mixtum.

Planities in sphaericum immissa, simul in sphaerico lineam circularem signat, simul a sphaerico in circulum secatur.

Crebro proponere est solem inferre in demonstrationes mathematicas, ut et partiri. Tum enim nihil impedit de angulis loqui inter plana.

In lib. 2 et 3 parallela videntur tradenda.

Circulus habet quodammodo infinitatem et angulos.

Rotunditatem a sphaerico circularis linea, rectitudinem a plano mutuatur. Itaque omnia puncta a medio aequidistant. Circulus est planum circulari prehensum.

In circularem inscriptilia sunt omnia regularia, 2. omnia triangula, 3. omnia parallelogramma rectangula, 4. nullum obliquangulum, 5. ex caeteris quaedam, quaedam non.

Non omnes recensendae sunt proprietates: Quoad versamur in quartâ speciè qualitatis. *

Dubium an dicendum quomodo ex ductu circularis, cylindraceum fiat, quod quidem nil est aliud, quam quadrangulum inflexum. An hac infra cum cylindro explicandum. Item, linea altero puncto fixa, altero in circulo circumducta, conicum gignit, quod quidem nihil aliud est, quam pars circuli explicata. '

V, 5 ## De ortu solidorum

Solida[5] se habent ad plana causa sui ortus ut plana ad lineas.

Eadem itaque competunt solidis discrimina, quae planis. Creari, secari, componi.

[1–1] *am Rand zu den drei vorhergehenden Abschnitten*

[2] *Platz gelassen für eine Einfügung*

[3–3] *am Rand*

[4–4] *am Rand zu den vier vorangehenden Abschnitten*

[5] *am Rand* Hactenus *αορισ τοι*, nunc finiti: verè figurae. Et illa quidem se nullo modo numerant, haec posita rectitudine etc. se numerant.

Hic igitur recensenda instrumenta generationis solidorum

Comparatio linearum et planorum. Linea altero termino super planum erecta, quocumque modo erigatur, semper est alicui lineae in illo plano jacenti perpendicularis.

Si duae lineae se mutuo secent, in plano jacentes et super utramque perpendiculariter aliqua in puncto sectionis erigatur: illa erit toti plano perpendicularis.

Tales duae lineae sunt duo plani latera, secantia se in angulo. Ergo perpendicularis est quae ex angulo plani erecta utrique talem angulum facienti perpendicularis est.

2. Combinatio planorum. Parallela plana sunt, quibus eadem recta perpendiculariter insistit, aut ijsdem aut continuatis. Sive quae tribus punctis non in eadem recta ab invicem aequidistant. Oportet autem puncta in utroque plano aequaliter distare ab invicem.

Si planum quodcunque ducatur ductu recto parallelum primo situi permanens, dicitur creari solidum.

Quot sunt in plano generanti latera, tot nova fiunt plana parallelogramma. Nam latera sunt lineae, et lineae ductae sunt sive fiunt plana.

Cumque planum ipsum et infra jaceat, et supra terminet sic bis ingrediatur numerum: hinc omne creatum solidum duo habet plana supra numerum laterum in plano creante. Angulos solidos bis totidem, quot planos planum.

Species

Si creans planum fuit parallelogrammum, fit parallelepipedum, habetque 6 plana terminantia, ang: 8.

Si in specie quadrangulum, et ductus secundum lineam perpendicularem, tam longam, quam longum est latus, fit cubus, cum fiant latera quadrata.

Si ductoria aequet quidam latus, sed non sit tamen perpendicularis vel utrique laterum vel alterutro, corpus fiet cyboides.

Si rhombus sit planum nec ductoria aequet latus, nec sit perpendicularis ulli laterum, fit rhombus solidus cubicus.

Si triangulum sit planum, ductoria perpendicularis, fit pentaedron.

Caeterorum varietas est a varietate planorum et dictâ varietate inclinationis et longitudinis ductoriae.

Sun⟨t⟩que species infinitae, in quibus semper perfectiores, quibus insunt haec tria, 1. aequalitas angulorum et laterum in plano, 2. aequalis lateri ductoria, sive altitudo. 3. ductoria perpendicularis. [1]

Omnium ultima est, si planum sit circulus. Ductus enim ductu recto gignit cylindrum proprie dictum, cujus superficies explicata refertur inter parallelogramma rectangula. *V, 5ᵛ*

Si ductoria inclinetur, fiet obliquus cylinder inaequali crassitiè, in latum.

Sectae.

Sectarum varietas est aliqua. Quaedam enim ita exsecantur ut reliquarum compositionem juvent, inde illis priores sunt quaedam exsecantur, sed ita ut nihilominus sint composita, quae verior est decurtatio.

Sectae sunt ubi ab uno puncto verticali generati solidi ad omnia puncta laterum in basi ducuntur lineae rejectis, quae his lineis excluduntur. Dicuntur pyramides.

Quot sunt latera basis tot nova accrescunt plana.

Unus tantum angulus insuper additur, super numerum angulorum in basi.

Ex cubo et omnibus fiunt anonymi, sed ex pentaedro fit celebris pyramis trigonoedra, propter basim simplicem, [1]plana 4, ang: 4 solidi.[1]

Ex pentaedro certae altitudinis fit tetraedrum, cum lineae a vertice ad basis angulos sunt aequales lateribus plani.

Regularissimae pyramides quibus una aut utraque conditionum ve...e[a] harum inest, quod habeant plana regularia, verticem perpendiculariter medio puncto plani imminentem.

Ex cylindro conus, ex cylindroide conoides. Coni superficies explicata est pars circuli, nunquam circulus totus. [1]

V, 6 Compositae

Ex pyramidibus omnis compositio, sed majori artificio. Pyramides componentes: hic apicibus omnibus ad centrum consistunt. Igitur necesse est plure⟨s⟩ tribus concurrere ad compositionem, si fiunt pyramidalium basium latera, quot sun⟨t⟩ necesse est, aequalia coagmentantur.

Horum corporum infinita sunt. Causae varietatis multae, 1. Planorum unde pyramides denominantur, irregularitas, inaequalitas laterum et angulorum, eorundemque varietas, ipsorum etiam mutua dissimilitudo, et inconstans numerus, 2. Pyramidum irregularitas et declinatio apicum a centro.

Regularitatis autem haec sunt discrimina sive signa. ⟨1⟩. Pyramidum regularitas, 2. planorum sive basium earum regularitas major, minor, 3. similitudo et aequalitas basium sive eadem altitudo pyramidum omnium.

Itaque quae non habent regulares pyramidas ea in nullo nomine sunt ap: geometras.

Sicut fere etiam quae non habent ordinata plana: quamvis aliqua pulchra dari possint.

Conversi itaque ad ordinata plana. Illa primum constituamus. Testatur[b] autem experientia omne regulare aliquo nomine esse ex quinque corporibus. Id quomodo probari posset?, ut hoc pacto supersedeamus illo labore, quaerendi angulos coeuntes. Vix poterimus.

Instrumenta hujus inquisitionis haec sunt.

Ut sciamus pyramidum componentium angulos solidos, quot nam coire possint ad componendum solidum unum. Id autem rectissime haberi potest ex basibus pyramidum. Nam quarum pyramidum bases coagmentatae planis angulis, implent omnem locum circa punctum anguli, illarum pyramidum anguli solidi non sunt apti ad componendum angulum solidum. Itaque perinde est, sive de pyramidibus, sive de earum basibus dicamus. Duo vel tria sola nullum corpus claudunt, duo soli plani, nullum solidum angulum.

Plana itaque quae efficiunt singulis angulis planis summam 4 rectis vel aequalem vel
V, 6v majorem, ijs angulis planis, unum solidum formare non possunt. [1] Itaque inter plana ejusdem speciei 1. tres trianguli, 2. quatuor trianguli 3. quinque trianguli 4. tres quadranguli, 5. tres quinquanguli. Quorum summa est 2, $2\frac{2}{5}$, $3\frac{1}{5}$, 3, $3\frac{3}{5}$ anguli recti.

Sex autem trianguli, et quatuor quadranguli et tres sexanguli aequant 4 rectos, septem etc. trianguli etc., quatuor etc. quinquanguli, quatuor etc. sexanguli, tres septanguli etc. sunt 4 rectis majores. Habemus in regularibus angulorum 5 species.

In planis diversae speciei existunt innumerabiles formae solidorum angulorum. In hac mixtione tenenda haec regula.

[1-1] *am Rand*
[a] vee *Kepler*
[b] Tectatur *Kepler*

Cum ex aliquot planis angulis diversarum specierum, unum superat vel aequat reliquorum summam, non figuratur solidus. Vel sic, omnis anguli solidi plani anguli claudentes simul sumpti (uno dempto) sunt majores reliquo.

Nullus autem solidus pluribus 5 planis angulis regularibus clauditur. Nam sex plani triangulave (qui minimus est omnium planorum regularium) sunt 4 recti. Multo magis si misceatur pro uno triangulo quadrangulus.

Species ubi 5 plani coeunt

5 trianguli meri.

4 triangulis misceri potest quadrangulus, quinquangulus, non sexangulus, summa species 3.

3 triangulis 2 quadrata non miscentur, multo minus 2 quinquangula, et multo minus 2 triangulis 3 quadrata etc. Ergo tantum 3 species.

Species ubi 4 plani coeunt.

4 trianguli meri.

Tribus triangulis misceri potest unum quadrangulum, quinquangulum etc. usque in infinitum. Haec species seipsam non terminat. Nam 3 trianguli sunt 2 recti, tamdiu igitur constituuntur species, quamdiu unus heterogeneus non aequat 2 rectos at nullus in infinitum aequat. Ergo.

2 triangulis miscentur 2 quadrata, quadratum et quinquangulum, quadratum et sexangulum, etc. usque ad undecangulum. Nam 2 trianguli, 4 quadrangulum, 1 duodecangulum non miscentur. Hic angulorum species 9 et infin:

2 triangulis miscentur etiam 2 quinquangula, 1 quinquangulum cum 1 sexangulo, 1 quinquan'gulum cum 1 sexangulo. At 2 triangula, 1 quinquangulum, 1 octangulum non *V, 7* coeunt. Summa specie 3.

Iisdem duobus triangulis 2 sexangula non miscentur, multo minus 2 majores.

Unus triangulus miscetur 3 quadratis, duobus quadratis, et uni quinquangulo. Sexangulum cum duobus quadratis et uno triangulo non coit. Hic itaque species duae. Uni triangulo, uni quadrangulo non miscentur duo quinquangula, multo minus uni triangulo tres majores. Quatuor autem quadrangula non coeunt, multo minus majores.

Summa quadrilineorum solidorum primò infinita, deinde 14m.

Species ubi 3 plani coeunt.

Tres trianguli. Species 1.

Duobus triangulis miscetur quadrangulum, quinquangulum, at non sexangulum. Species duae.

Unum triangulum, cum duobus quadratis, cum uno quadrato et uno quinquangulo, sexangulo, septangulo, octangulo, nonangulo, decangulo, undecangulo coit at non cum duodecangulo. Summa species octo.

Unum triangulum cum duobus quinquangulis, cum uno quinquangulo, uno sexan: 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29angulo coit at non cum trigintangulo. Summa species 25.

Hactenus unus minor reliquis.

Unum triangulum cum duobus sexangulis, – [1]Antea minores duo non aequabant 2 rectos. Hic aequant 2 rectos. Post majores erunt.[1] – uno sexangulo, et uno septangulo, octangulo etc. usque in infinitum coit. Summa species infinitae. Unus minor reliquis.

[1-1] *am Rand*

Unum triangulum cum duobus septangulis, cum uno septangulo, et uno octan. 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41angulo coit at non cum 42angulo. Summa species 35.

Unum triangulum cum duobus octangulis, cum uno octangulo, uno nonangulo 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23angulo coit, at non cum 24angulo. Summa species 16.

Unum triangulum cum duobus nonangulis coit, et cum uno nonangulo et uno 10 ang:, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17angulo at non cum 18angulo. Summa species 9.

Unum triangulum cum duobus decangulis, uno decangulo et uno undecangulo, 12, 13, 14angulo, at non cum 15angulo. Summa species 5.

Unum triangulum et duo undecangula, unum undecangulum et unum 12angulum, 13angulum, at non cum 14angulo, quod majus est 4 rectis. Summa species 3.

Unum triangulum et duo duodecangula in planum extenduntur. '

V, 7v Tres quadranguli. Species 1.

Duobus quadrangulis miscetur quinquangulum, sexangulus etc. usque in infinitum. Species infinitae.

Unum quadrangulum cum 2 quinquangulis miscetur, et cum uno quinquangulo et sexangulo, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19angulo, at non cum 20angulo, qui facit 4 rect: Summa species 15.

Unum quadrangulum cum 2 sexangulis vel uno sexangulo, uno 7, 8, 9, 10, 11angulo, at non 12angulo qui aequat priores. Summa species 6.

Unum quadrangulum cum 2 septangulis, 1 sept: et 8, 9, at non 10angulo qui superat priores. Summa species 3.

Quadrangulum et duo octangula aequant 4 rectos. ⟨2⟩ quinquangula sunt $2\frac{2}{5}$ et 1 sex., qui est $3\frac{11}{15}$. Ergo 6, 7, 8, 9, at non 10 quinquan. Species 5.

...tang:, 1 6ang. $2\frac{8}{15}$, ergo 7, non 8.

Summa trilinearium, bis infinita et 127. Summa omnium ter 144.

Concinnius fortasse comprehenderentur extrema. Hoc modo.

Principium est a tribus triangulis, [1]3 quadrangulis, 3 quinquangulis, usque 3 sexangulis, 3 quadranguli usque 4 quadranguli[1], quorum summa est 2 recti. At trianguli angulus minimus. Igitur 6 trianguli aequant 4 rectos, et non coeunt. Omnis igitur haec turba redigitur intra numerum 6, et 2, scil. aut 3, aut 4, aut 5, anguli coeant.

Ergo fiat principium a triangulis.

Coeunt 3, et, 4, et, 5 trianguli, 6 triang. sunt 4 recti. Coeunt 3 quadranguli, 4 quadr: sunt 4 recti. Coeunt 3 quinquanguli, 4 quinquang: sunt plus 4 rectis.

Miscentur 4 trianguli cum alijs usque ad sexangulum. Nam 4 trian: et 1 sex: sunt 4 recti. Non miscentur 3 triang: et 2 quad:, sunt n: 4 recti. [2]Mista incipiam a plurilinearibus sc: à quinque linearibus[2].

Quadrilinei misti.

Miscentur 3 trianguli cum quadrangulo et deinceps, usque in infinitum.

Miscentur 2 trianguli, et 2 quadrangula usque ad 2 decanguli, quia sunt 4 recti. Miscentur 1 triang: et 3 quadr. usque ad 3 quinquang: qui facit 4 rectis plus. Jam 2 trianguli et 1 quadrangulum, quinque. Continuatur, usque ad duodecang: et fiunt 4 recti. 2 triang: et 1 quinquang: 1 sexang: continuatur usque ad octangulum et fit 4 rectis plus. ' *

[1-1] *am Rand*
[2-2] *am Rand*

Jam 1 triangulum 2 quadr., cum quinquangulo usque ad sexangulum quod facit 4 rectos. *V, 8*

Jam 1 triang: 1 quadr: cum 2 quinquangulis – 4 recti plus $\frac{1}{15}$.

Trilinei misti.

Hic jam finem affert vel exaequatio unius vel reliquorum, vel collineatio ad 4 rectos.

Dreimalzwey ist 6.

* Triangulis 2 qui sunt $1\frac{1}{3}$ miscentur reliqui usque ad sexangulum qui facit $1\frac{1}{3}$. Triangulum coit cum 2 quadrangulis etc., usque ad 12angula, duo quorum summa est 4 recta.

Dreymalvier ist 12.

Triangulo et quadrangulo, qui sunt $1\frac{2}{3}$, miscentur reliqui usque ad 12angulum, qui est $1\frac{2}{3}$.

Dreymal 5 ist un(f)rad halb 30.

Triangulo et quinquangulo qui sunt $1\frac{13}{15}$ miscentur reliqui usque ad triangulum qui est $1\frac{13}{15}$.

Dreymal 6 ist 18, quod nunquam per 2 ita potest multiplicari ut sit in fine 0.

Triangulo et sexangulo, qui sunt 2, miscentur infiniti, nunquam enim fiunt 2. Huc usque.

* Dreymahl 7 ist unfrad halb 42

Triangulo et septangulo miscentur reliqui usque ad 42angulum, qui * fiunt 4 recti.

Dreymal 8 ist 24.

Triangulo et octangulo miscentur reliqui usque ad 24angulum qui fiunt 4 recti.

Triangulo et nonangulo miscentur reliqui usque ad 18angulum qui faciunt 4 rectos.

Dreymal 9 ist anderhalb 18

* Triangulo et decangulo miscentur reliqui usque ad 45angulum, qui faciunt 4 rectos.

Dreymal 10 ist zweimahl 15.

Triangulo et undecangulo miscentur reliqui usque ad 14angulum, qui fiunt 4 rectis plus.

Jam duobus quadrangulis qui sunt 2 recti miscentur reliqui in infinitum, singuli.

Unum quadrangulum cum reliquis binis coit usque ad octangulum, quod facit 4 rectos.

Bis 4 sunt 8

Quadrangulo et quinquangulo miscentur reliqui usque ad 20angulum, qui faciunt 4 rectos.

Quater quinquies sunt 20.

V, 331ᵛ inclinantur. ' Quare dicis brevissimus? Quia in globo potest fieri tortuosa linea, distans undique aequaliter a puncto medio, neque tamen brevissima. Quaenam est nobilior et perfectior? Curva perfectior est quam recta. Nam rectae sunt indefinitae, et quamvis in infinitum producerentur, semper tamen eaedem manent: at curva seipsam terminat et finit. '

V, 332 [1]1 Geometria est ars bene metiendi.
2 Res ad bene metiendum proposita est magnitudo.
3 Magnitudo est quantitas continua.
5 Terminus est magnitudinis extremum.
Magnitudo infinite et creatur et continetur et secatur ijsdem quibus terminatur.
6 Punctum est signum in magnitudine individuum.
7 Magnitudines symmetrae sunt, quas eadem mensura metitur.
8 Rationales sunt quarum ratio est explicabilis numero date mensurae
9 Magnitudines congruae sunt quar⟨um⟩ partes applicatae partibus aequal⟨em⟩ locum occupant.
Magnitudines congruae sunt aequal⟨es⟩.[1]

V, 332ᵛ Initio de recto, deinde de curvo. 4[a] de recto in curvo. 3[b] de mixto. Recti principia punctum, linea, superficies, corpus quaeque illis per se et collatis insunt. Primum de linea et angulis, deinde de superficie et lineis in ea. Post de corporibus et superficiebus et lineis in corporibus. Curvi principium nullum, curvum simplex nihil nisi sola superficies. Mixtum generatione, ut superficies aut sphaera aut amplis: sphaera secans dat circularem quae habet suas ex sphaerico proprietates, et ex rectis multas. Mixtum essentia similium, ut linearum hinc helix, superficierum, hinc ovalis, lenticularis, cylindrica, conica figura, nullum tale corpus. Dissimilium, ubi curvum semper stat ad principium: Linea, curva et superficies, ⟨s⟩ecta dat circulum, lunulas. Hinc ⟨d⟩imensio planiciei ex rectitudine, ambitus ex curvitate. Non linea recta et superficies curva. Superficies curva et corpus rectum. Hinc globus. Mixta et corpus rectum. Hinc conus, cylin-
V, 333 der etc. Hinc dimen'sio soliditatis ex rectitudine, ambitus ex curvitate.

In curvo. 1. in circulo lineae, et earum dimensio. 2. superficies et earum dimensio. 3. In sphaerico corpora et earum dimensio. Sic manet curvi cognitio ex collatione recti, et manet simplex atque perfecta instar dei, quod quasi praecognoscimus, et nunquàm penitus cognoscimus. Omnis autem nostra cognitio versatur in rectis, ea a principijs inchoamus et ad summam perfectionem perducimus ubi ad curvum regulaverimus.

Ramus logicam potius illustravit per geometriam, quam hanc per illam qui praeposterus est ordo. Logica nusquam praecipit, imperat, aut cogit naturam subjecti, potius ut invenit, famuletur. '

[1–1] *nicht von Keplers Hand*
[a] *korr. aus* Tertio
[b] *korr. aus* Quarto

M 10

Dispositio Geometricorum. *XXII, 77v*

* Duplex est scientia, altera magnitudinum[a]: petenda ex Aristotele; quorsum pertinet infinitè secari, totum parte majus et similia. Haec quidem materia. In eadem verò scientiâ investigandae species, linea, superficies, corpus cum terminis et causa danda perfectionis corporis. Jam magnitudinibus[b] accidit numerus, quatenus ex una multae fiunt. Cavendum de trinitate, numerus commune accidens. Mens nostra artifex affert numerum, mens divina, numerus igitur divinus et supra magnitudines et infra, ergo in deo essentialis.

Jam quae formam quasi magnitudinum complectitur, est scientia non quantitatum, sed proportionis quantitatum vel comparationum, vel scientia comparandi quantitates. Si cognatae sunt quantitates, scientia est, si non cognatae, ut cum obvius numerus assumitur, ars fit. Cognatio duplex: aut eorum quae sunt unius, aut similium, quae aliqualis est unitas. Videtur autem ars praeterea versari circa omnia, vel certe circa plura, scientia circa ordinata. Magnitudinum infinitae sunt. Igitur ordinatae subsunt scientiae. Ordinatarum rursum infinitae. Quomodo hic ad finem perveniemus? Vix aliter quàm a primis incipiendo et eousque progrediendo quoad possumus, aut sumendo sphaericum[c] corpora et quae ad illa pertinent, reliqua omittendo. At nec in corporibus finitio? Imò
* finitio; primum regularia, post Archimedea. Nam illa mo⟨tu⟩aria non sunt aeque nobilia ac Archimedea, quae non mistim dividunt sphaeram planis. Quid si per omne genus infinitorum eatur excerpendo notabiliora, ut sic nihil nos effugiat. Comparatio omnis tendit ad aequalitatem aut longi aut lati aut profundi, aut simpliciter aut per numerum, aut similium aut dissimilium. Simpliciter, ut si linea lineae, angulus angulo, superficies su ' perficiei, corpus corpori, proportio proportioni sit aequalis; per numerum, ut si *XXII, 78* duplum, ubi idem certae parti aequale. Similia sunt vel corpora vel superficies, et omnes lineae invicem, omnesque anguli invicem. Ubi simplicissima est forma scientiae. Dissimilium, ut si quadratum oblongo aut triangulo aut lunulae aequale aut duplum, ita cubus aequet pyramida et octaedrum, ubi duo inter se dissimilia aequant tertium ab utroque dissimile, qui etiam peculiaris modus est. Nota. Circulus est quidem aequalis triangulo, sed linea curva cum recta, superficies curva cum rectâ non comparatur. Majus quidem datur et minus, unde et aequale, sed illud aequale fugit scientiam hominis. Nam infiniti nulla scientia. Habent autem infinita latera et per latera fit aequatio. Sic scibile quidem est, sed non per modum sciendi, non habet enim in sua ⟨essentia⟩ modum sciendi. In procedendo autem, ut nihil relinquatur, maxima est difficultas. Videtur pars scientiae definitio subjectorum, ad quam pertinet etiam cognitio angulorum in triangulo[1], ibique adhibenda videtur alia methodus quam in proportionibus instituendis. Summa: quicquid non beneficio sphaerici in corpora, circuli aut corporum in superficies, superficierum in lineas derivatur de proprietatibus quantitatum, id videtur non nisi ad definitiones subjecti pertinere. Ut si a sphaerico usque ad lineam descenderemus, cognoscendo subjecto et angulis, demonstrando vero ascenderemus, nihilque sciremus de sphaerico, nisi ex recto. Sed tum quid opus esset cognitione angulorum trianguli. Ergo si eandem utrinque methodum institueremus atque etiam definiendo ascenderemus ad

[1] *Randbemerkung* Parallelarum et affectionum

[a] *aus* quantitatum

[b] *aus* quantitatibus

[c] sphaerica *Frisch*

sphaericum. At sic non esset initium a sphaerico. Esto, non sit cognitionis, dummodo naturae, ut etiam in alijs. In longum procederemus contra naturam, in latum secundum
XXII, 78v eam. Forte et indefini ' tionali mixta methodus? Nam ubi desinit materialis, inciperemus. Quod sibi ipsi terminus, optimum, post quod superficiem habet pro termino uniformem. Non diu procederet haec ratio. Forsan igitur incipiendum a sphaerico, veniendum ad lineam, superficiem, corpora? Videamus exemplum ad prius in latum. Aequae bases et altitudines faciunt aequa, inest primum eorumque planis cubo et rhombo, post longiori, tum rhomboidi: si quadrangulis ejus et triangulis partibus. Ita si cubo, ergo et pyramidi, parti cubi, cujus cum cubo prius proportio investiganda. Sic semper de recto, sc: mensura primum, et inde derivatis, post de ejus parte, denique de compositis ex partibus.[1]

Geometria videtur profiteri investigationem proportionis omnium eorum, quae aliter esse non possunt. Ut in omni triangulo tribus positis, reliqua necesse est esse. Saepè videmus aliter aliquid esse non posse, sed tamen nescimus viam eo perveniendi. Subjectum igitur geometriae est omnis figura, sic descripta, ut singularis tantum sit. Quoties enim ita describitur, ut plures esse possint, sub mensionem non cadit.

De quantitatibus { Metaphysica { De materiali, in praedicamento quantitatis.[2] / Formali in 4 specie qualitatis } / Geometrica scientia proportionum in relatione }

[3]A. continet disputationem de continuo et discreto, partibus, natura quantitatum, et * numeris, etsi non omnis quantitas cum omni connumeretur, tamen hic in genere. Et de terminatione, ijsdem continetur creatur terminatio.[3] [...] ' [...] Hactenus plana rectilinea, differatur mixta aliorsum, et veniatur ad solida recta.[4] Planis igitur accidit parallelitas perfectior et concursus plurium quàm duorum planorum. Illi numquam aequant 4 rectas planas. Generatio fit paralleli ductu. Generata sunt quaedam, quaedam secta, quaedam composita. Generatorum fiunt singulae basium lineae quadrangula. Perfectissima quae recto angulo, et quae quadratâ basi, post quae quadrangula oblongâ, inde sequentia. Iniretur aliqua talis ratio. '

XXII, 81v [...] Linea per quam ducitur altera, si insistit ad rectos, fiunt rectangula, cujus[a] diametri aequales. Si aequalis est insistens ductae, fit quadratum. Sin inaequalis, fit oblongum. A singulis singula dependent obliquangula. Nam si aequalis subjectae insistit, fit ex quadrato rhombus, quorum perfectissimus, cujus alterutri oppositorum distant latere. Sin inaequalis, fit ex oblongo rhomboides, quorum perfectissimum, cujus una diameter aequat latus. Hactenus creata. Nunc sequuntur singularum sectiones. '

[1] *Randbemerkung* Valeat aliquid communicatio scientiarum, et demonstrationum, nec omnia in unum * chaos cum CARDANO referantur.

[2] *am Rand das Zeichen* A

[3–3] *Hinzufügung*

[4] *Randbemerkung* tota geometria

[a] quorum *Frisch*

M 11

Institutionum Geometricarum Liber II.

XXII, 82

De ortu figurarum.

Primum quid sit figura, ex 4 specie qualitatis. Terminata quantitate quantitas. Causa figurationis duplex magnitudo. Curva et recta, et composita ex utraque mixta.

Curva seipsam terminat.[1] [2]Nota quantitatis proprium esse terminari, hinc nobilior sphaera infinitâ quantitate.[2] Hinc una est figura cavum. Creatur igitur etiam seipsa, vel ingenita extat. Est una et trina, superficie centro et respectu aequalissimis. Punctum origo, superficies genita quasi charactere puncti infinito vel progressu tali sic tamen ut vestigium non supersit transitus, sed tantum metae; aequalitas distantiae ex utroque procedens et resultans. Tria unum sunt, nam quocunque negato totum negatur, et omnia tria per reliqua duo definiuntur. Item duobus negatis tertium nullibi subsistit, vel uno negato reliqua duo pereunt, si punctum, non erit circumstans, nec aequalitas distantiae, si aequalis distantia, sphaera non erit aequalis, si omninò distantia nihil erit; denique si circumstans, distantia ⟨erit⟩ et punctum perdit situm. Una circumstans unum unâ distantiâ. Non habet partes toti cognomines. Curva intelliguntur, sed ex toto. Verum sic neque ulla alia figura. ' Hactenus nihil dictum quod non seipso vel ex primo libro cogitari possit, et vel extra mundum.

XXII, 82v

De ortu rectarum.
Nec creantur nec terminantur se ipsis.[3]

Ex[4] puncto sphaerae in punctum unum superficiei trajectus vestigatus[a] brevissimus, linea recta fit. Cavum sphaerae assumo, ut habeamus situm punctorum. Cavum vero ne videatur, ad lineam cogitandam requiri cogitata superficies aut corpus quae lineam excipiant. Respondet igitur creatio lineae, generationi puncti, ut finitum infinito. Concurrunt igitur ad ortum lineae singula in sphaera: punctum centri principium, punctum curvi terminus, distantia pro producendâ et essentiandâ linea. Igitur non seipsas terminant rectae. Nec statim omnis recta figura est. Dubitamus an linea in superficie, superficies in corpore sit intelligenda, an linea, superficies, corpus singula per se. Hoc magis placet. '

XXII, 83

[...] e d c m l b a f. Jam E et C, F et B, item M et D, L et A sunt aequales. Ergo EFLM exteriores et CDAB interiores sunt aequales. Summa vero omnium 8 recti, dimidium igitur 4 recti. Trianguli igitur omnes[5] (cum nullus non possit esse pars parallelogrammi) habent tres duobus rectis aequales. Regula.

[1] *Randbemerkung* Dictâ curvâ dicitur statim figura.
[2–2] *Zusatz am Rand*
[3] *Randbemerkung* Rectarum tria genera: longum, latum, profundum.
[4] *Randbemerkung* Distantia omnis per lineas est.
[5] *Randbemerkung* Secta
[a] *Kepler* vestigiatus

Composita.

Quod quidlibet habet triangula bis tot rectos aequant ipsius anguli. Sic habet omne * trapezium 4 rectos.

Regularium singuli.

[1]Trianguli est $\frac{2}{3}$ recti. Quadranguli 1 rectus.[1] Angulus quinquanguli aequat $1\frac{1}{5}$ recti. Sexanguli $1\frac{1}{3}$. Octanguli $1\frac{1}{2}$. Decanguli $1\frac{3}{5}$. Duodecanguli $1\frac{2}{3}$. Sedecang: $1\frac{3}{4}$. Vigintang: $1\frac{4}{5}$. Quatuoretvigintangu: $1\frac{5}{6}$. Sic usque in infinitum. Mutila *ἀγεωμετρητα* referuntur ad sua integra. Habemus sphaeram et planum. [2]Planum in sphaera facit circulum, circulus in plano, planum circuli. Vel: Comparatio.[2] Recta adhuc ita fuerunt, ut ex puncto linea, ex linea superficies seorsim orta sit.

1. Mixta habet[a] aliter, quia simul existunt linea circularis et ejus planum.
2. Recta multa sunt, curvum unum.
3. Recta alijs regulariora curvum regularissimum.
4. Recta habent multa sed similia latera et angulos, curvum aut unum aut infinita tam angulos quam latera.

Regularia omnia in circulum quadrant sic omnia triangula sic omnia parallelogramma rectangula. Etiam trapeziorum genus quoddam, quaecunque duo opposita parallela, et binos non oppositos angulos aequos habent. '

XXII, 83v

De ortu Solidorum.

[...] Ex rectangulis solida rectangula fiunt, si ductus non tantum rectus, sed etiam bis rectangulus est, unde dependent duae aliae formae, si nempe ductus aut semel aut num-
XXII, 84 quam rectangulus. ' Sectae sunt triangula, quae bina aequalia sunt in uno quolibet parallelogrammo, ductâ linea ab uno oppositorum angulorum ad alium. Igitur dimidium rectanguli rectangulum, quadrati aequicrurum, obliquanguli obtusangulum per longius distantes angulos divisi, acutangulum per propriores nempe, rhombi perfecti aequilaterum, reliquorum et perfecti rhomboidis aequicrurum simpliciter triangulum dicitur; reliquorum rhomboidium simpliciter triangula dicuntur.

De compositis.

Composita intelligamus, quorum anguli omnes distributi sunt inter angulos triangulorum componentium, et vicissim. Quadrangula omnia quamvis videantur huc referri posse, tamen ⟨omnia⟩[b] priora sunt, quare missis quae generari possunt ex similibus composita triangulis, primum nobis compositum suppeditant bina triangula dissimilia, uno
XXII, 84v latere aequa (si enim semper). ' Unde nobis trapezion, sive quadranguli videlicet quadrilaterum: quod quidem non videtur ad geometriam sic simpliciter pertinere nisi illud quod circulo potest inscribi. Post quinquangulum, sexangulum et usque in infinitum.

Regula generalis. Composita omnia tot habent triangula quot (duobus minus) latera. * Inest haec differentia, quod in singulis speciebus unum inest aequilaterum et aequiangulum, quae etiam vere geometrica sunt; quaedam verò aut non aequilatera aut non

[1-1] *Hinzufügung zur ersten Zeile*
[2-2] *Hinzufügung*
[a] *korr. aus* habent *Kepler*
[b] triangulis *Frisch*

aequiangula aut neutrum, in quibus infinitas inest infinities. Haec non sunt verè geometrica quae est de aequalibus. His verò inaequalitas inest.

Comparatio

Trianguli tribus lineis datis unica tantum figura et una angulorum forma datur. At in reliquis minimè.

Anguli planorum.

Habent singula totidem angulos quot latera.[1]

Generata.

Cujusque parallelogrammi quatuor anguli simul sumpti aequantur quatuor rectis. Continuentur enim duo parallela latera utrinque. Cum ergo fiant 4 incidentiae anguli circumstantes aequabuntur rectis: nempe. '



In primo, omnia latera perpendicularia sunt. Omnes anguli planè recti. In secunda, duo opposita ex novis planis recta, reliqua obliqua; in tertia omnia plana invicem obliquo angulo juncta, omnes plani anguli obliqui. *XXII, 85*

Si planum creans quadratum, et ductus lateri aequalis fuit, creatur cubus. Cujus omnia plana, latera, anguli invicem aequales et recti. Si planum circulus fuit, creatur cylinder, rotunda pariete, mixta quantitate.[2] Vel quod idem est, parallelogrammum rectangulum uno latere immobile, reliquo circumvoluto. Verum sic non omnis cylinder, utique non pressus. Sectae figurae ex meris rectilineis denominantur pyramides. Cum in altera basium signato puncto ab alterius lateribus fit sectio. Et totidem fiunt nova triangula, quot in creato erant nova parallelogramma.

Ex cylindris sectae denominantur coni, ubi pro infinitis vel uno latere basis in cylindro, infinita etiam vel unum tantum triangulum facienda in sectione, sive, quod idem est, triangulum rectangulum altero circa rectum fixo, reliquo volutum facit conum, sed non nisi regularem. Pressi enim inde non veniunt. Composita sunt, quotquot inter suprascripta referri non possunt suntque etiam infinita. Componuntur autem singula ex tot pyramidibus, quot planis clauduntur. Plana bases sunt componentium, mucrones introrsum versae: concurrentes cum centro figurae. In omni pyramide stabilitas inest. '

Multiplex inest delectus corporibus. Nam quae latera, plana, angulos habent aequales, ac plana regularia, regularia et mundana corpora dicuntur; reliqua quo magis recedunt, eo minus geometrica sunt. Quaedam enim in secundo ordine, angulos solidos et * latera aequalia habent planaque regularia, sed mixta, et solidos mixtos, quae Archimedea dicuntur. *XXII, 85v*

De angulis et numero solidorum regularium.

Angulus simplex solidus dicitur, qui tribus compositus, qui pluribus planis clau⟨di-⟩ * tur⟩. Angulorum planorum, qui solidum claudunt, summa minor est 4 rectis. Maximus planus semper minor est summa reliquorum. ' Inde summa habetur regularium. Nam *XXII, 86* simplicium angulorum solidorum regularia tria sunt. Unum in generatis quod rectis tribus planis clauditur et rectum solidum facit, cubus. Unum in sectis quod acutis tribus in solidum acutum clauditur et est tetraedrum; unum in compositis, quod obtusis tribus

[1] *Randbemerkung* Huc refer εξω angulos
[2] *Randbemerkung* [...] igitur et creatarum et sectarum

in solidum obtusum clauditur, dodecaedrum. Compositorum angulorum duo sunt, unum quod quatuor planis acutis in solidum recto proximum clauditur, cujus anguli duo componentes singuli recto plano et duobus acutis clauduntur, octaedron ex compositis vel sectis ex tetraedro. Unum quod 5 planis acutis in solidum obtusum clauditur, divisibilem in 3 simplices ex compositis corporibus, icosaedron.

Ex 1 vel 2 planis nil fit ex primâ regulâ. Ex 3 sexang., septang: etc. nihil, per secundam. Ex 4 quadratis, quinquangulis etc. nihil, per secundam, multo minus ex 5, 6, 7 etc. Ex 6 triangulis nihil, multo minus ex quad. 5 etc., et adhuc minus ex 7, 8 etc. triangulis.

Archimedea, quae ordinatis, sed non ijsdem coeunt planis et aequaliter 4 minimum regionibus. Nam excluduntur 1 vel regularium vel Archimedeorum prismata, horumque similia infinita, quae tantum ex una parte magnam habent basim. 2. Zonarum duo infinita genera ex quadratis et triangulis, quae tantum 2 locis magnas bases, alibi puram habent zonam. '

XXII, 86v Archimedea igitur sunt 13. Omnibus accidit nova sectio. Cubi namque mutilatio generat pyramida, pyramidis octaedron. [1]Nullum ex impari praeter 3 et 5, quia non coeunt sursum, ex 3. 4. 5. 6. 8. 10, nihil ex 12 nec ullis alijs.[1] Sic ex his 5, 5 mutilaverunt. Deinde quaedam mista sunt ex binis eaque 2. Tum haec rursum mutilata quasi, etiam 2 et haec deformia ex 3 lateribus specie differentibus. Amplius quaedam distractis planis proprijs et completo hiatu, vel triangulis 2, vel quadrangulis 2. *

His 18 accidit congruere in cavum. Etiam cavum in illa congruit sed in 5 simpliciter, in 13 tantum ad propinquiora latera.

Ex data specie anguli numerus laterum evenit. 3 quadrata: est species solidi. Ergo trilateralis, plana verò sunt quadrilatera. Numerus igitur laterum est 12. 3 triang: Angulus est trilaterus, planum itidem. Hic numerus 3 sufficeret utrique, sed unum tantum daret triangulum et angulum. Quare sumitur proximus 6.[a] 3 quinque: Angulus trilinearis, basis quinquelatera. 3. 5. est 15, sed non potest esse impar, est ergo 30 proximus. 4 triang: 12, 5 tri. 15, et 30. Ex lateribus bases. [2]Primum latera post angulos, denique bases.[2] Nam unum latus commune est 2 basibus, ergo 12 latera sunt 24, et 4 faciunt planum, ergo 6. Si 3 faciunt planum, sunt 8. 6 latera sunt 12, 3a faciunt basim, ergo 4 bases, 30 sunt 60. Si 5 faciunt basim, sunt 12, si 4, sunt 20. Pro 13. Nil potest esse impar alias contra hypothesin. '

XXII, 87 Ad comparationem rectorum cum curvo pertinet adscriptio. Et veniunt inter caetera etiam trapezia. Cum autem non omne trapezium sit ascriptile, primum experiamur in regularibus trapezijs, quae duo opposita latera parallela habent, et binos non oppositos angulos aequales, item duos oppositos simul sumptos reliquis 2bus aequales.

Simile quid habebunt irregularia, ut scilicet ut duo oppositi simul sumpti reliquis sint aequales, hoc est recti 2. Videamus, angulum ADC metitur arcus ABC et angulum ABC arcus CDA, ergo totus circulus metitur 2 oppositos ad circumferentiam stantes, si ad centrum starent, metiretur eos semicirculus, sunt igitur 2 recti. At trapezion habet non plures 4 rectis, ergo. Sic angulum BAD metitur arcus DCB, et angulum ABC metitur arcus CDA, ergo a et b, non aequant c et d. A vero trianguli duo fiant aequales? Minime, sed anguli quidem utrinque stant 2 recti. Et totales quidem b et d sunt 2 recti, ergo partiales ABD, ADB aequant BCD. '



XXII, 89 Ex Archimede secare sphaeram in gr. 45. *

[1-1] *Zusatz am Rand*
[2-2] *Zusatz am Rand*
[a] 5 *Frisch*

Sinus 7071068. Sed sinus $22\frac{1}{2}$ 3826834
duplum 7653668
Itaque superficies minor aequatur plano circulari, cujus radius est 20
Et major plano circulari, cujus radius est 12346332

Est autem ut radius ad radium, dupla proportio circuli ad circulum. Jam portio sphaerae aequatur cono, cujus basis iste circulus, altitudo semidiameter eadem sphaerae. At ut basis ad basin, sic conus ad conum aequaaltos. Ergo dupla et conorum, quare et portionem proportio

$765\frac{1}{3}$		7653668	$765\frac{1}{3}$
2296		12346332	$1234\frac{2}{3}$
2296			3704
{...}			3704
5271616		527	{...}
13719616	proportio	1372	13719616

1899 – 90 – 527

90

47430 | 25'

1899

{...}



Quia AC est duplum ipsius AG, ergo circulus radij. AC est quadruplus circuli scripti radio AG, sc: circuli ABC. Ergo circulus radio AC aequat sphaerae superficiem. Et sicut quadrata AB, BC aequant quadratam AC, sic circuli AB, BC aequant circulum AC, sicut et superficies DAB, BCD aequant superficiem sphaerae. Ergo circulus radio AB aequat superficiem DAB. *XXII, 89v*

Scitur conus DGB basi DB, altitudine GH. Inquiratur conus basi AB bis, et altitudine AG et ille ab hoc (dematur tunc) restabit segmentum DHBA.



3826834		
34441506		
33456636		
984870	KG	
111	Ut IG ad GH, sic HB ad	

Iterum superficies DAB aequatur circulo, cujus radius AB. Et superficies DCB circulo, cujus radius CB.

AB 45. dim. $22\frac{1}{2}$.	Sinus	3826834
	du.	7653668 AB
BC 135. dim. $67\frac{1}{2}$.		9238795
		18477590 BC

Dupla ergo est proportio DBA portionis sphaerae ad DBC portionem, ejus, quae est inter AB, BC. Ergo ut dimidium AB ad BC. Ergo ut 3826834

38	ad	18477590
73		223
111		$111\frac{1}{2}$ '

XXII, 90 22304424 223. 180 $38\frac{1}{3}$ 111 180 73
11152212 $38\frac{1}{3}$ 73
{...} {...}
6900 | 1314 | $30\frac{11}{12}$
223 | 30 204 | 128 $59\frac{1}{12}$
{...} | {...} | 59

Sinus habent rationem [ad inclinationem verticitatis] versus AC, ut si 100000 dat 180, 50000 dabit 90. Ergo in gradu sphaerae 30. Verticitas est parallela ad AC.

707 11 Est tantum $22\frac{1}{2}$. Nihil ergo haec speculatio.
180 Demonstretur, quod circuli sequela aequantur rectangulis e semidiametris
{...} et circumferentiae portionis dimidio. Sphaerae portio aequatur cono, cujus
127 basis aequat superficiei portionem, altitudo semidiametrum superficiei.
90 Sphaerici portio aequatur circulo, cujus semidiameter sit a vertice ad basis *
37 extremum portionis.

Forsan si AB circumferentia, et AEB planum circuli, DCB erit sectoris planum, cujus CB portio circumferentiae. Minimè. In dimidio discrepat ratio. At si ex E dividam AB, sectorum determi-



XXII, 90v no magnitudines, quibus semper sunt minora segmenta. ' Sector rectangulo aequatur, a semidiametro et arcu. Segmentum rectangulo e semidiametro et excessu arcus supra subtensam. Nam sectoris partes sunt, segmentum et aequicrurum, aequicrurum aequatur rectangulo e basi et radio. Cumque sint aequealta, erit ut basis ad arcum, sic planities aequicruri ad planitiem sectoris. Et ut basis ad excessum sic aequicrurum ad segmentum.

Statue planitiem circuli 360. Sector gr. 45, erit 90. 22 dat 7, quid 360

2520 | [100000 fit $114\frac{1}{2}$ quid] 707111
22 | $114\frac{1}{2}$ diameter pars $\frac{1}{4}$ $28\frac{5}{8}$ $\frac{114\frac{1}{2}}{\{...\}}$ $\frac{9}{25}$
{...} | 282844
80

Aequicrurum non aequatur rectangulo e radio et basi, sed in hoc casu e radio et dim: basi.

$40\frac{1}{2}$	aequicruri portio	8	18	11	$24\frac{3}{4}$	$310\frac{1}{2}$	
90	sector	4	9	99		99	11
$49\frac{1}{2}$	segmentum	8	1100000	11		621	69
$310\frac{1}{2}$	alterum		137500		11		80
			86250		29		40 '
						29	
						261	
				40	90	65	

De curtis.

XXII, 91



Species 5 sunt: totidem regularibus. Dimensionis principium in cubo curto[1], inde quod manet idem inscriptus antiquis lateribus, et quod pyramidis anguli cubici resecti dimensio habetur. Quaeritur ergo latus octanguli, quod quadrangulo inscribitur, vel quod fit ex curto quadrangulo. EG latus quadranguli, CB octanguli, quibus sunt aequales CD, AB.[a] Cum ergo AB possit AE, EB, possit verò et EG, ergo AE potest dimidium EG. Subtrahatur EA vel EB ab EG, restabit BG, quod est aequale CE, id ab EB subtractum relinquit CB latus. Porrò cum GH diagonius possit duplum HE et HE duplum EA, quare HG potest quadruplum EA. Est ergo EA dimidium diagonij HG.[2]

8 164 966 EB
11 547 006 EG
3 382 040 BG
4 782 926 CB

Porrò, cum tetraedron tectum sit 4 angulis cubicis, a quo demissa perpendicularis per centrum tetraedri in centrum figurae transit, ergo radius inscripti tetraedro demptus a radio circumscripti relinquit altitudinem cubici hujus anguli. Tetraedri inscriptus est $\frac{1}{3}$ de radio circumscripto, ergo altitudo anguli cubici $\frac{2}{3}$ de radio circumscripti, sc: $6666666\frac{2}{3}$. Ergo potentia est $\frac{4}{9}$ de potentia radij 10 etc. At potentia lateris in basi est $\frac{8}{3}$ de hoc radio, vel $\frac{24}{9}$. Ergo potentia altitudinis est $\frac{1}{6}$ de potentia lateris in basi. Sed propius agamus. 16329932 dat $\frac{2}{3}$ de 10, quid 4782926.

Sequitur 1 952 621 altitudo resecti anguli
8 047 379 radius inscripti triangulis respondet circumscripti cubo 1000.[1]

XXII, 91ᵛ

Jam $\frac{2}{3}$ de perpendiculari trianguli adjuncta huic radij inscripti potentiae, dat potentiam circumscripti angulis. Id ut commodius fiat, agamus geometricè. Potentia EG est $\frac{1}{3}$ de potentiâ diametri. Potentia EB est $\frac{1}{2}$ de potentiâ EC. Ergo $\frac{1}{6}$ de potentiâ diametri, sc: $6\frac{2}{3}$ etc. Cujus radix irrationalis subtracta ab EG, relinquit irrationalem BG. Eritque et quadratum BG irrationale, 11 438 194 561 600.

Ejusque duplum irrationale 22 876 389 123 200 potentia sc: FB, vel CB, quare et hujus pars rationalis, sc: $\frac{3}{4}$, potentia nempe perpendiculi in triangulo est irrationalis. Porro $\frac{2}{3}$ lineae habet $\frac{4}{9}$ quadrati. Ergo $\frac{4}{9}$ de $\frac{3}{4}$ est $\frac{1}{3}$, sicque et haec pars rationalis sc: $\frac{1}{3}$ de potentia BC erit irrationalis, sc: 7 625 463 041 067. Ita in censu radij inscripti triangulis, cum potentia altitudinis resecti anguli sit rationalis ad lateris CB potentiam irrationalem, sc: $\frac{1}{6}$, erit igitur irrationalis potentia et radix. Ablata ergo de rationali linea, relinquit irrationalem.

Illud obiter. Cum potentiâ altitudinis sit $\frac{1}{6}$ de potentiâ lateris in basi, erit $\frac{1}{2}$ de potentia radij, qui circumscribitur basi, et $\frac{2}{7}$ radij, qui inscribitur.

Ergo 3812731520533
Residui vero quadratum irrationale 64760299000000
Summa irrationalis 68573032[b]000000

Cujus radix 8280823 radius circumscripti
Si 82 fit 100, quid 804 etc. Sequitur 8509405
Et quid 5773503. Sequitur 6985427
Et si 80 fit 100, quid 57 Sequitur 7174390

[1] *Randbemerkung* Curtus cubus
[2] *Figur wie Vorlage im Ms.*
[a] *richtig* D
[b] *richtig* 0

10000000		circa angulos
8509405	10000000	in triangulis
6985427	7174390	in quadratis. [1]

XXII, 92

Curtum tetraedron

Hujus *ἀναλυσις* facilis est, quia quatuor perfectae pyramides resecantur, quarum latus sat est cognitum. Est enim $\frac{1}{3}$ lateris totius. Restat igitur sexangulo et triangulo commune latus $\frac{1}{3}$. Lateris totius potentia est $\frac{2}{3}$ de potentiâ dimetientis. Pyramidis cadentis latus est $\frac{1}{3}$ de latere toto, ergo potentiâ illius est $\frac{1}{9}$ de potentiâ hujus. At $\frac{1}{9}$ de $\frac{2}{3}$ est $\frac{2}{27}$, igitur potentia pyramidalis lateris cadentis est $\frac{2}{27}$ de potentia diametri. Jam altitudinis figurae potentiae est $\frac{2}{3}$ de potentia lateris: $\frac{2}{3}$ de $\frac{2}{27}$ est $\frac{4}{81}$, tota particula potentiae diametri, quae est $\frac{16}{81}$ de potentia semidiametri, demenda est de potentia semidiametri, ut habeatur radius inscripti triangulis. Lineae ipsae sunt commensurabiles. $\frac{4}{9}$ de 10000000 est $44\frac{4}{9}$ etc., restat $55\frac{5}{9}$ etc. Si potentia est $\frac{16}{81}$, radix est $\frac{4}{9}$, residuum $\frac{5}{9}$. Altitudo ergo ad residuum, ut 4 ad 5. Potentia ergo ut 16 ad 25. Ergo $\frac{25}{81}$ est potentia inscripti triangulis. Itaque qui sexangula tangit, in potentia est $\frac{9}{25}$ ad hunc, radix $\frac{3}{5}$. Adde huic potentia $\frac{8}{81}$ de potentia semidiametri, fient $\frac{33}{81}$ pro potentia circumscripti angulis novis.

Pars $\frac{1}{81}$ est	1234567901234567901234 etc.	
	16	
	74074074074074	
	123456790123457	
	197530864197531	Potentia $\frac{16}{81}$
	98765432098765	potentia $\frac{8}{81}$
	790123456790124	potentia $\frac{64}{81}$
	891234567901234	potentia $\frac{73}{81}$
	395061728395062	potentia $\frac{32}{81}$
	407407407407407	potentia $\frac{33}{81}$

10000000			Diameter tetraedri integri curti
6382847 –	10000000		
5555556 –	8703883 –	10000000 in triang.	
3333333	5269331	6054000 in sexang. [1]	

XXII, 92ᵛ

Curtum octaedron

Cum angulis octaedri succedant quadrangula, triangulis sexangula, nec hic quidem multum laborabitur. Nam semioctaedri altitudo est semidiameter, potens dimidium lateris octaedrici. Jam, ut in tetraedro, qui semioctaedri cadunt, habent latus $\frac{1}{3}$ de latere totius, ergo et $\frac{1}{3}$ de semidiametro demetur, ut habeatur tangens quadrangula, qui est $66\frac{2}{3}$ etc. Ejusque potentia $\frac{4}{9}$ de potentia semidiametri. Adde potentiam altitudinis (quia eadem est altitudinis linea et circumscripti quadrangulo), quae est $\frac{1}{9}$ de potentia semidiametri summa $\frac{5}{9}$ de potentia semidiametri, quae est quantitas circumscripti novis angulis, sc. $55\frac{5}{9}$ etc., radix 7453560.

10000000	
7453560	10000000
7071068	9486833 [1]
$6666666\frac{2}{3}$	
5773503	

Curtum dodecaedron

XXII, 93

Quaeritur initio latus decanguli. Et quia sic sunt resecandi anguli, ut portio lateris utrinque curti relicta sit aequalis lateri sectori, sector vero subtendat angulum resectum: Est ergo sector ad resegmentum, ut tota ad partem majorem, vel major ad minorem, in * *εσχατομεσῳ* proportione. Quare et residuum, aequale sectori, sic est ad singula resegmenta lateris. Totum ergo latus quinquanguli sectum est in unam partem majorem et duas minores. Est ergo sectum, ut axis icosaedri a zona et 2 verticibus. At axis potest quintuplum illius partis majoris. Ergo et hic latus quinquanguli potest quintuplum decangularis[a]. Hoc ad partem serva, potentiam lateris decangularis esse $\frac{1}{5}$ de potentia lateris dodecaedrici. Deinde supra in ostrea probatum, si $\frac{1}{3}$ de potentia lateris in basi, hoc est (ut modo dictum) de $\frac{1}{5}$ potentiae lateris dodecaedrici, et sic si $\frac{1}{15}$ de potentia lateris dodecaedrici auferatur a potentia partis majoris, de latere in basi proportionaliter secto, hoc est de latere decanguli hujus secto, restare potentiam altitudinis anguli: demenda de radio circumscripti. Eadem vero $\frac{1}{15}$ pars potentiae de latere dodecaedrico, addita ad potentiam radij post demptam altitudinem residui, conficit potentiam radij circumscripti novis angulis.

50928750000000		potentia dodecaedrici
10185750000000		$\frac{1}{5}$ hujus. Et potentia: decang.
3395250000000		$\frac{1}{3}$ hujus. $\frac{1}{15}$ illius
5092875000000		$\frac{1}{2}$ de $\frac{1}{5}$
2546437500000		$\frac{1}{4}$ de $\frac{1}{5}$. 1595755 dim: lat: dec.
12732187500000	3568219	−
	1595755	−
3890614231296	− 1972464	pars major lateris decang:
495364231296	703750	altitudo resecti anguli
	10000000	
86420264062500	9296250	qui tangit triangula
339525		
89815514062500	9424300 +	qui novos angulos [1]

Curtum icosaedron

XXII, 93v

Latus sexanguli est $\frac{1}{3}$ lateris icosaedri, ut supra in curto tetraedro. Altitudo cadentis anguli est pars major de radio circuli, qui quinquangulum sub resecto ambit. At cum sit ut latus ad latus sic radius ad radium, sit vero illic $\frac{1}{3}$, ergo et hic $\frac{1}{3}$, et potentia $\frac{1}{9}$, potentia vero radij $\frac{1}{5}$ de potentia axis, ergo $\frac{1}{45}$ de potentia axis est radii hujus circuli potentia.

888888888888888 $\frac{4}{5}$	potentia radij circa sect.
222222222222222 $\frac{1}{5}$	$\frac{1}{4}$ hujus potentiae, sc: $\frac{1}{180}$
1111111111111111	$\frac{5}{180}$ vel $\frac{1}{36}$ potentiae diam.

Haec potentia habet rationalem radicem sc: $\frac{1}{6}$ de diametro 3333333$\frac{1}{3}$ quantus est inscriptus tetraedro. [1] [1]Rhombus cubicus. Cum binis sectionibus tota latera cadunt, angulorum ergo quadrilinearium sedes est quadratum, horum sunt sex. Et trilinearium sedes est triangulum, horum sunt octo. Tum in rhombicis planis duodecim restant duodecim quadrata. Latus ita secandum, ut pars major possit duplum minoris. Est enim eadem ratio, quae in proxime sequenti figura.

Fr. VIII, 180



[1–1] *fehlt in den Kepler-Mss. XXII*

[a] quinquangularis *Frisch*

Rhombus dodecaedricus. Cum resectione angulorum cadunt tota latera, restabunt de 30 rhombicis 30 quadrata eruntque post 20 obtusiores angulos 20 triangula, post 12 acutiores 12 quinquangula. ABCD rhombus, AE, EB semidiametri, FGIH rectangulare quadratum. Dico BA sectam proportionaliter in F. Nam BA ad BE ut BE ad EA, et igitur ut BK ad KF; at KF = KE, ergo BK ad KE ut supra, quare et BF ad FA.[1]

XXII, 94 De auctis.

Augmentum legitimum, cum plana continuantur usque ad novum concursum. Vel cum latera sic continuantur. In cubo post sectionem rectis angulis abnuunt plana, aut parallela sunt. In tetraedro obtusis abnuunt omnia post sectionem. In dodecaedro annuunt, quia unum circumstantia gignun⟨t⟩que echinum dodecaedricum. In icosaedro primo annuunt trina unum planum circumstantia. Hinc ostrea icosaedrica. Postea quina a quinis angulo coeuntibus dependentia. Dicatur echinus major icosaedricus, quinquelinearium angulorum; nondum tentavi constructionem. Anguli primum separantur, ubi ostreae anguli trilineares quintali latent. Tertio, cum quina latera quina angulum claudentia connectant, non possunt esse omnia parallela, adnuunt igitur, et in eodem plano, quod est angulo substratum, continuata cum plano constituunt echinum minorem icosaedricum, trilinearium angulorum. [1]Possit et quartum accedere cujus regula, ut quinorum angulorum quina latera sunt in plano, sed hoc quae dodecaedron exsectum.[1] In rhombocubo, quaterni rhombi, unum circumstantes, coeunt, pulchrum opus, quaterna latera, quatuor angulorum in eâdem collocans superficie quadrata cuboctaedri, trinis angulis ejus triangulum describens. Hujus mira est proprietas quod anguli introversi complent locum et basibus repraesentant rhombocubum, dicatur igitur cothurnus. In
XXII, 94v rhombo dodecaedrico non dubito multa oriri, prima ostrea rhombododecaedrica [1] triginta conchis. Inde echinus rhombododecaedricus obtusior, quando confluunt quini rhombi quinorum angul⟨or⟩um, facientium hiatum, obstruentes versus obtusum. Tertio quini remotiores rhombi, infissi quinis acutis circa unum acutum. Hic erit echinus alter rhombododecaedricus angulorum quinquelinearium acutissimorum. Cum mista continuantur, fiunt ea nexa, quae rhombis substernuntur, scilicet ex cuboctaedro cuboctaedron nexum. Ex icosidodecaedro dodecaedron icosaedro nexum. Procul dubio et alia.[1]

XXII, 95 BR, CA aequales. BF, FA aequales.[2] Itaque CA potest IC vel HK, AK. Amplius BA potest AH, HK, KA. Amplius CH potest CA, AH et quod sub HA, AC bis. Vel CH potest AB et quod sub AH, AC. Vel CH potest AH, HK, KA et quod sub HA, AC bis. Et AD potest HA, AK rectang. bis. Haec jam sunt demonstrata. Quaeritur an HA, AR, AC proportionales. Ergo ex antedemonstratis, quia HK esset aequale rectang. HA, AC. CH posset AH semel, HK ter et KA semel.



Jam CA potest AK, HK ex demonstratis. Igitur AC potest AK semel et KH bis. Sic AG potest AH et HG vel

[1–1] *Zusatz am Rand*
[2] *Text differiert zur Figur*

HK. Utraque igitur EA, AG possunt AH semel, HK ter et KA semel. At EG ergo est aequalis CH quae potest tantundem. Ergo rectus EAG. Puto demonstrationem esse certam. Nam quod EG tantum possit primum colligitur ex ante notis EC, CA, AH,
* HG. Dein CH est EG aequalis. Illa vero potest duo rectangula etc., ex 2 p: 2 EUCL: ergo rectangula aequantur potentia HK. Sunt ergo proportionales etiam GE, EA, AC vel BR.

* Quaeritur jam an AD possit duo KH vel aequetur dimetienti GK. Certum est posse quod sub HA, AK bis. Erunt ergo aequalia duo HA quadrata et duo HR complementa duobus HK quadratis et unum igitur uni. Et quadrata totius et partis majoris erunt
10 triplum partis majoris. Si hoc ' ergo esset AK proportionaliter secta in H et AH ad *XXII, 95v* HK, ut HK ad KA. Si hoc, ergo AK et AC aequarentur. Nam prius ut CA ad AR vel HK sic erat HK ad KA. Sed AC potuit HK, KA. Quare et AK poterit seipsam et partem majorem. Ergo impossibile assumptum. Quia ergo CA major est quam AK, major ergo HK, quam apotome. Minus igitur rectangulum quam potest HK. Minus ergo potest AD quam GK.

His ergo duabus legibus obtinebitur propositum, si CH lineam notam sic jubeamus dividere, ut rectangulum partium bis sumptum, unâ cum eo quod fit ex ductu minoris in radicem rectanguli bis, denique cum quadrato minoris aequent quadratum majoris.

* Sit CH 20. CA 1 ☍.[a] AH 20 − 1 ☍

20 1 ☍

20 − 1 ☍ 20 ☍ − 1 ♃ rectang. 1

20 − 1 ☍ 40 ☍ − 2 ♃ rect: 2

400 − 40 ☍ + 1 ♃ potentia AH

400 − 40 ☍ + 1 ♃

20 ☍ − 1 ♃

− 400 ♃ + 40 cb[b] − 1 ♃♃

8000 ☍ − 800 ♃ + 20 cb

8000 ☍ − 1200 ♃ + 60 cb − 1 ♃♃

Radix de 20 ☍ − 1 ♃.

30 Cum autem non habeat radicem non sic simpliciter in AH sed in ejus potentiam est ducenda. Prodit
60 cb + 8000 ☍ − 1 ♃♃ − 1200 ♃. Hinc radix addatur ad potentiam AH et 2 rect: Fiat prius illorum duorum additio. Sunt ergo simul 400 − 1 ♃. 400 − 1 ♃

400 − 1 ♃

1 ♃♃ + 160000 − 800 ♃.

Et quia illic nequit sumi radix, fiat et haec quadrata. Nam et potentiam CH quadrabimus. Quorum enim radices aequales, eorum et (quadrata) '
{...} Est ergo 400 − 1 ♃ plus radix de 60 cb + 8000 ♃ − 1 ♃♃ − 1200 ♃ bis *XXII, 96*
vel radix de 240 cb + 32000 ♃ − 4 ♃♃ − 4800 ♃

40 Aequatur 1 ♃.

Et 2 ♃ aequat 400 plus illa radice
Et 1 ♃ aequat 200 plus simplo rad., sc: 60 cb + 8000 ☍ etc.
Et 1 ♃ − 200 aequant radicem de 60 cb + 8000 ☍ etc.

[a] ☍ *ist Symbol für res*
[b] cb *steht für das cossische Zeichen cubus* (x^3)

Quadra 1 ☉ – 200
1 ☉☉ – 400 ☉ + 40000 aequ: 60 cb + 8000 ☿ – 1 ☉☉ – 1200 ☉
+ 1 ☉☉ + 1200 ☉ + 1 ☉☉ + 1200 ☉
2 ☉☉ + 800 ☉ + 40000 aequ: 60 cb + 8000 ☿
1 ☉☉ + 400 ☉ + 20000 aequat 30 cb + 4000 ☿
Aequatio irregularissima ubi 2 et 4. Aeq: 1.3.5. '

XXII, 96v

	R	☉	cb	☉☉
1	4	16	64	256
1	5	25	125	625
1	6	36	216	1296
1	7	49	343	2401
1	8	64	512	4096
1	9	81	729	6561
1	10	100	1000	10000

30 cb 1920 — 1 ☉☉ – 256
16000 – 4000 ☿ — 400 ☉ – 6400
17920 — 20000
26656

30 cb 3750 — 1 ☉☉ 626
4000 ☿ 20000 — 400 ☉ 10000
23750 — 20000
30626

6480 — 1296
24000 — 14400
30480 — 20000
35696

10290 — 2401
28000 — 19600
38290 — 20000
42001

15360 — 4096
32000 — 25600
47360 — 20000
49696

21870 — 6561
36000 — 32400
57870 — 2
58961

30000 — 10000
40000 — 40000
70000 — 20000
70000

Ergo esset R. 10 CH sit 20. CA 10. AH 10. Videamus. Nihil falsissimum enim. Nam habet ergo aequatio benè. '

Cum curta continuantur, fiunt latentia alterum in altero; dicantur testudines marinae. *XXII, 99*
Latet id, unde est nomen. Sic curtum tetraedron continuatum ostendit tetraedron in tetraedro. Cubus curtus continuatus, latens cubus in octaedro. Curtum octaedron continuatum, latens octaedron in cubo. Curtum dodecaedron continuatum, latens dodecaedron in icosaedro.

Constructio cothurni et demonstratio.



Rhombi cubi planorum dimentientes longiores, quae sunt icosaedri latera, coeunt angulis rectis quae quidem contraposita sunt. Cothurni angulorum latera quaterna jacent in eâdem planitie et bina fiunt opposita, coinciduntque in unam rectam, et in idem planum cum rhomborum subjectorum dimetientibus longioribus. Nam quia bini rhombi oppositi lateribus aequaliter utrinque abnuunt: continuata igitur rhombi plana facient ex puncto, quo coeunt rhombi, lineam unam utrinque et aequaliter ad subjectos illi rhombos inductam. Habetur affectio laterum anguli, quae sunt super diametro longiore, scilicet illorum angulus rectus est. Brevium igitur laterum super diametro breviore hinc sequitur. Sit ADB semirombus. AB longior. AC, CB, possunt quantum AB, AC. CE aequat EB. Sit ED brevior. EB aequalis EC .... Latus igitur anguli cothurni brevius DB aequale lateri ... seu basi. Angulus constat 4 triangulis aequi .... '

De mistis, sive concisis *XXII, 102*

Mista habent latera congenera. Miscentur similia. Jupiter sibipsi mistus facit octaedron. Omnia sunt quadrilaterangula. Mista ex cubo et octaedro respondet rhombico hujus generis.

Sicut se habet inscriptus cubo ad tangentem media puncta laterum cubi, sic se habet inscriptus quadratis ad circumscriptum. At tangens media latera habet eundem radium cum circulo, qui circumscribitur quadrato cubico. Cujus diameter est diagonius plani
* cubici, sc: 16329932. Radius ergo 8164966. Si 8164966 ad 5773503 quid 10000000. Venit 7071068: quantus est radius inscripti quadrato octaedri.

Sicut se habet inscriptus octaedro, qui tangit media puncta laterum, ad inscriptum qui tangit centra planorum, ita se habet circumscriptus huic ad inscriptum qui tangit centra triangulorum. At qui tangit in octaedro media puncta laterum, est qui inscribitur quadrato quod secat medium octaedron. Et aequatur semilateri octaedri.

Ergo si 7071068 dat 5773503 quid 10000000. Venit 8164966 quantus est, qui circulo cubi circumscribitur. Et si inscriptus triangulis fiat 10000000, fiet inscriptus quadrangulis 8660254. Ut sit proportio qualis circumscripti rhombicis octaedricis ad circumscriptum rhombicis cubicis.

Circumscriptus	10000000	
Inscriptus triangulis	8164966	10000000
Inscriptus quadrangulis	7071068	8660254. '

Mista ex dodecaedro et icosaedro. *XXII, 102ᵛ*

Ut tangens media puncta laterum dodecaedri ad inscriptum dodecaedro, sic circumscriptus huic ad inscriptum quinquangulis. Ergo ut 9341723 ad 7946546, sic 10000000. [Sequitur] 8507096, quantus et qui planos rhombi tangit. Et in genere eadem videtur dimensio. Nam fit crux in punctis mediorum laterum utriusque sociorum. Jam multangulum porrigit angulos sursum, et paucangulum adhuc superius.

Rursum, ut tangens media latera icosaedri ad tangentem centra planorum, sic circumscriptus huic ad tangentem centra triangulorum. Si 8506508 (litera Y supra) dat 7946546 quid 10000000. Sequitur 9341723, quantus est tangens in dodecaedro media puncta laterum.

Axis	10000000	
Tang: trian:	9341723	10000000
Tang. quin:	8507096	9102001

Sic respondet rhombico hujus generis. Et in genere de his duobus verum est. Ut circumscriptus angulis ad inscriptum planis rhombicis, sic circumscriptus angulis misti ad inscriptum plano maximo. Sed jam vice versa, ut inscriptus planis maximis ad inscriptum planis minimis, sic circumscriptus angulis rhombici brevioribus ad circumscriptum angulis longioribus: et contra, ut inscriptus plano rhombico ad circumscriptum brevioribus, sic inscriptus minimis planis ad circumscriptum angulis. [1]

XXII, 103 Quare, ut cubus octaedro, dodecaedrum icosaedro aequealtus, eidem etiam inscriptilis est et circumscriptilis, ita verisimile et hic est, aequalitatem permutatam orbium trahere etiam rationem inscriptionis. Ut in rhombo cubico anguli acutiores 6, ijque et altiores, anguli obtusiores 8 et depressi: plana vero 12, latera 24. Sic in misto cubico plana quadrata 6 et propiora centro, trigonica 8 et remotiora a centro, anguli vero 12, latera 24. Hinc si rhombum misto velis inscribere, acutos apta centris quadratorum, obtusi spectabunt ad centra trigonorum, sed non tangent, planorum vero rhomborum centra spectabunt se superstantes et tegentes angulos. Si contra mistum rhombo inscripseris, duodecim misti angulos apta duodecim centris planorum abeuntque proxime ab invicem obtusi et triangula, longius acuti et quadrangula.

Idem esto de rhombo dodecaedri et misto judicium. In rhombo anguli acutiores et inscriptiles 12, obtusiores 20, plana 30, latera 60. In misto quinquangula 12, triangula 20, anguli 30, latera 60. Inscriptio eadem. Rhombi respondent primarijs quia sunt augmenta primariorum et secundariorum mistorum. Mista respondent secundarijs, quia sunt diminutiones primariorum et secundariorum. Et quia cubus primarium associat se rhombis, octaedron secundarium mistis. [1]

XXII, 104

Sima

Oriuntur ex mistis, cum tota cadunt latera et anguli sic, ut loco singulorum angulorum bina veniant triangula aequalia et similia residuo ex priori triangulo. Et id quidem residuum itidem est regulare. Item situs angulorum planorum variatur et intorquetur sed inclinatio manet. Sed in vere mistis etiam triangula tota cadere necesse est, et pro ijs profundiora antiquis parallela constitui, eaque et ipsa oblique secari. Fiunt quinquelinearium angulorum.

Simum tetraedri hoc est octaedri, est icosaedron.

[1]Quod fit in octaedro, facile transfertur in tetraedron, designato minori plano per sectiones medias. Nam in octaedro quidem sunt anguli icosaedri in lateribus octaedri, hic in planis.[1] Sed computatio facilior est. Idem enim est radius inscriptorum octaedro et icosaedro tali. Ergo si 7946 fit 5773 quid 10514 latus icosaedri, sequitur 8289. Tetraedri latus 14142. An secetur hac perpendiculari proportionaliter? Potentia totius et dim: 250 etc., radix 15811383. Minimè, sed si verum est de perpendicularibus, ergo latus octaedri secatur



[1–1] *am Rand zur Figur*

in 2 et 1, sc: in 3. ' Potentia $\frac{1}{3}$ is, sc: $\frac{1}{9}$ potentiae est $22\frac{2}{9}$ etc., et hujus $\frac{4}{1}$ est $88\frac{8}{9}$. Deme illud, restat $66\frac{6}{9}$ etc. Potentia dimidij lateris tetraedri. *XXII, 104v*

Ergo si anguli plani icosaedrici competerent in media latera, tunc latus icosaedricum esset dimidium octaedrici, sc. 7071068. Sin autem in punctum quod secat $\frac{1}{3}$ de $\frac{2}{3}$, tunc essent perpendicularia et quantitas 8164966. Sed quia ex proportione inscriptorum latus 7639320 sequitur, ergo intermedio loco cadunt anguli plani. Cum autem proportio extremi et medij sit inter $\frac{1}{2}$ et $\frac{2}{3}$, adhuc de illa suspicio est.



		quadr.
Secti octaedrici partes sunt	5401821	29179669816041
	8740315	76393106299225
		47213436483184

Haec quidem esset potentia, si latus perpendicularę esset octaedrico, sed quia non perpendiculare, non oportet sic agere.

Ergo AF nota, sc: 87 etc. AD itidem, sc: 54
DC FB

Potentia FE est $\frac{3}{4}$ de potentia FA sc: 57294829724419
Itaque AE est $\frac{1}{4}$ de potentia FA sc: 19098276574806



Cujus radix 4374732 + AE

		quadr.
5401821	AD	
1027089	ED	− 1054911813981
	FD	58349741538400

Sequitur sane 7638600 et forsan alicubi erratum est. Possumus id fortassis explorare. '

[1]Hic obiter nota FD in longitudine esse 10000000 partem de quadrato FA. Si nempe $\frac{3}{4}$ de potentia partis majoris, et quad(r)atum residui partis minoris, supra $\frac{1}{2}$ partis majoris componantur et radix quaeratur.[1]

Cum debeant binorum contravenientium octaedri laterum partes conterminae aequales esse, quaeque sectione annectit linea, aequalis designatae in plano (alias non fient triangula regularia) poterit hoc medium esse demonstrationis. AC, CB latera octaedri intravenientia. *XXII, 105*

AB^2 axis, DE latus icosaedri, quod habet cum octaedro eundem radium inscripti. Radius inscripti octaedro habet in potentia $\frac{1}{3}$ de potentia AB, sed AC habet $\frac{1}{2}$ de potentia AB. Ergo radius inscripti habet $\frac{2}{3}$ de potentia AC. Si ergo CD, DA, AC sunt in proportione, ergo ut CD pars minor ad CA totam sic DE ad AB. Erit ergo DE 7639320. Porro icosaedri hujus inscriptus dictus est habere $\frac{1}{3}$ de potentia AB, quare sequeretur latus icosaedri esse partem minorem de radice ejus potentia tripla ad potentiam inscripti. Id utrum ita sit, vide alibi. Jam pensitandum debere DE aequalem esse EG, GD in planis. Poterit ergo ED, et sic EG, GD, duplum DC partis primariis, quia DCE rectus. Amplius connectens terminos GH oppositarum portionum majorum poterit GC, CH majores, eritque illa quae in icosaedro cohaerentium binorum minorum angulos connectit, et illa erit ' in proportione cum DE, AB: Nam CD, CG, CA, sic DE, GH, AB. Quare sicut in icosaedro connectens ... subtendit quinquanguli angulum et est pars major ad latus, sic in octaedro quoque. Hinc aperitur perfecta demonstratio in hunc modum. Si quaterna octaedrici anguli latera secentur proportio- *XXII, 105v*



[1-1] *am Rand zur Figur*

[2] *Figur wie Vorlage im Ms.*

naliter, sic, ut bina et bina opposita habeant alternis longiora et breviora latera in unum solidum concurrentia. Et puncta connectantur 24 lineis in planicie, 6 lineis sub angulis, tunc in octaedro descriptum est icosaedron.

